



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales**

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1612**

Liber tertius. De sexto praecepto Decalogi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14014**

# INSTITVTIONVM MORALIVM PARTIS TERTIÆ DE SEXTO PRÆCEPTO DECALOGI LIBER TERTIVS.

**H**oc sexto præcepto, Non mœchaberis, primariò quidem prohibetur mœchia, id est, adulterium, quo ius proximi laeditur in persona coniuncta: secundariò tamen omnia peccata contra castitatem ad hoc præceptum reuocantur. Agemus igitur initio de castitate, & speciebus eius: mox de peccatis luxuriæ ei oppositis: vt Fornicatione, Conubinato, Adulterio, Incestu, Stupro, Raptu, Peccatis contra naturam, Sacrilegio, & Debiti coniugalis violatione, quorum pleraque cum iniustitiâ etiam coniuncta sunt.

*De Castitate hoc præcepto contenta.*

## CAPVT I.

**V**T recte intelligantur peccata, quæ contra sextum Præceptum committuntur, notandum in primis, opus esse, prius vt cognita habeantur aliqua in genere de castitate.

Secundo notandum, quòd castitas est virtus quædam morum, quæ iuxta rectæ rationis præscriptum turpes corporis voluptates coërcet, & reprimat, quæ homo se ab omni corporis obscena libidine continet: de qua S. Thonias 2. 2. *quæst. 151.* Est autem castitas virtus cõtenta vna cum alijs speciebus Temperantiæ sub virtute Cardinali, quæ est Temperantia.

Primo queritur, An castitas sit vna virtus specie, an genere? hoc est, An sit in alias species distributa, an verò sit vna genere, ita vt alias species suo ambitu complectatur? Dux sunt opiniones, Prima est asserentium, esse vnam secundum speciem, ita vt castitates omnes sint eiusdem speciei, & quòd distinguantur tantum secundum magis, aut minus perfectam rationem castitatis. Secunda opinio est asserentium, non omnes castitates esse eiusdem speciei, sed castitatem esse vnam secundum genus, & per certas species distinctam. Hæc opinio est verior, quia saltem virginitas est certa quædam species castitatis, vt explicabo inferius.

Secundo queritur, An castitas diuidatur in castitatem virginalem, coniugalem, vidualem, tanquam in tres species castitatis? Dux sunt opiniones. Prima est asserentium, has tres castitates prædictas esse veras species castitatis. Sic Martin. *quæst. 1. de virginit.* quem citat Caietanus 2. 2. *q. 152. art. 3. ad tertium.* Sic Maior *Distinct. 30. quæst. 3.* Hæc autem opinio sumit has tres castitatis formas in genere

moris, non in genere naturæ: nam secundum esse naturale aperte fatentur prædicti Doctores nõ esse species distinctas, sed tantum ex parte subiecti differentias accidentales. Opinio secunda est asserentium, has tres castitates non esse veras species castitatis, sed solum esse quædam differentias accidentales, variantes castitatem secundum diversos status subditorum, aut personarum, quibus accidunt, aut secundum perfectiorem, vel imperfectiorem rationem castitatis. Ita Caiet. 2. 2. *quæst. 152. art. 3. ad tertium.* Richard. 4. *Distinct. 33. art. 3. quæst. 1.* Quod probatur, quia hæc prædictæ castitates solum distinguuntur ex parte subiecti: Nam dicitur castitas coniugalis in coniugatis; at in eo, qui est corpore integro, dicitur castitas virginalis. Si vero est castus quis postquam semel; aut sæpius carnalem copulam habuit, castitas in eò dicitur vidualis. Item vna, & eadem castitas modo dicitur virginalis; postea sola mutatione personæ, dicitur coniugalis; postea vidualis: Verbi gratia puella incorrupta si nubat, & cum suo viro coeat, antea cum esset castitas in ea virginalis, eadem castitas perseverans sola mutatione status dicitur coniugalis; postea si castè viuat mortuo viro, dicitur in ea esse castitas vidualis. Ergo vna, & eadem castitas sola mutatione personæ secundum statum dicitur virginalis, coniugalis, vidualis; ergo non differunt specie. At Maior, & Martinus respondent, quòd perseverat eadem castitas secundum esse morale, sicut si quis per horam vnam perseveret in voluntate manducandi, & in medio tempore horæ habeat præceptum superioris prohibens etiam, tunc illa voluntas est eadem secundum genus naturæ, non tamen secundum esse morale.

In hac re dico, parum, aut nihil refert, si dicatur has tres castitates specie differre: Certum est apud omnes, virginitatem saltem esse quædam speciem castitatis, vt postea exponam. Item peccatum contra virginitatem commissum esse speciale peccatum, & specialiter in confessione exprimentum inter peccata cetera luxuriæ. Item certum est apud omnes, in has tres differentias, siue essen-



tiales dicas, siue accidentales, secundum diuersos hominum continentium status, & gradus commodè diuidi castitatem.

Tertio quaeritur, Quomodo intelligatur praedicta diuisio castitatis in conjugalem, virgineam, & vidualem, & quid significet per singulas istas castitatis differentias? Respondeo in primis: viduus, vel vidua sumitur dupliciter, Primo pro eo, vel pro ea, qui altero coniuge mortuo superstes est, & sic non sumitur in hac diuisione, quia qui nunquam inierunt coniugium, & tamen seruant castitatem, postquam semel copulam carnalem habuerunt illicitam, sunt casti, & tamen non sunt virgines, nec coniuges nec vidui: Ergo non bene diuisa castitas esset in tria illa membra. Secundo sumitur viduus pro eo, qui postquam habuit copulam carnalem, castè viuere & sic meretricibus ad castam vitam conuersæ dici possent largo modo viduus, & hac ratione accipitur in hac diuisione castitas vidualis nimirum pro ea continentia, qua quis voluntariè à copula carnali abstinere, postquam habuit rem aliquando. Ac ita idoneè, & sufficienter diuiditur castitas in conjugalem, virgineam, & vidualem. Nam qui nunquam habuit copulam carnalem, virgo est. Qui inito matrimonio abstinere se ab omni copula carnali illicita, dicitur castitatem habere conjugalem. qui postquam aliquando copulam carnalem habuit, siue illicitam, siue matrimoniale, se abstinere ab omni copula carnali, dicitur habere castitatem vidualem. Sic Maior in 4. Distinct. 30. quæst. 3.

### De Virginitate.

#### CAPVT II.

**NOTANDVM**, quod virginitas sumitur dupliciter: Primo, vt est quidam status femineæ, quæ integritatem suam corpus habet. Secundo, pro vt est habitus quiescens, quo homo inclinatur ad nunquam cognoſcendum carnaliter aliquem.

Primo quaeritur, An virginitas sit virtus? Respondeo ex communi sententia, eam esse virtutem, quoniam est bonum laudabile, & honestum secundum rectam rationem. Item est habitus bonus inclinans hominem ad continentium se ab omni delectatione carnali secundum rectam rationem, ergo est virtus. S. Thomas 2. 2. q. 152. & Theologus in 4. Distinct. 30. c. 33.

Secundo quaeritur, An virginitas nullo voto firmata, sit virtus? Duae sunt opiniones, Prima asserentium, non esse virtutem. Sic videtur sentire S. Thomas 2. 2. q. 152. art. 3. ad 4. sed quæ sit mens B. Thomæ eo in loco, statim dicens Opinio secunda est, esse virtutem. Sic Martinus. q. 2. Maior in 4. Distinct. 30. q. 2. Richardus in 4. Distinct. 33. art. 4. q. 1. Angelus verb. Virginitas, num. 1.

In hac re dico in primis, quod virginitas nullo voto firmata, sed solo voluntatis proposito confirmata, est verè, & propriè virtus: patet, quia est actus bonus, & laudabilis, & honestus. Item quia est actus in mediocritate delectationum carnis secundum rectam rationis prescriptum constitutus: tum quia est materia voti, potest enim quis licite, & sanctè suam virginitatem Deo per votum consecrare.

Tertio quaeritur, Quid sentiat S. Thomas, cum 2. 2. q. 153. art. 3. ad 4. vbi ait, virginitatem, vt est virtus, dicere propositum voluntatis voto firmatum integritatis perpetuo seruandæ? Duae sunt opiniones, Prima est asserentium, secundum S. Thomam eo loco, virginitatem non esse virtutem, nisi propositum praedictum sit voto firmatum. Sic intellexerunt S. Thomam, Martinus, Buridanus 3. Ethicor. quæst. 3. Angelus vbi supra. Secunda est opinio asserentium, secundum S. Thomam eo loco, virginitatem nullo voto firmatam, esse quidem virtutem, sed non specialem, sed generalem, nempe ipsam castitatem differentem secundum rationem magis perfectam, aut minus perfectam: at quando

virginitas est voto confirmata, tunc est virtus specialis secundum S. Thomam. Sic interpretatur S. Thomam Caietanus 2. 2. quæst. 152. art. 3. ad 4. & Siluester verbo, Virginitas quæst. 1. interpretatur S. Thomam sic, non quod neget virginitatem voto non firmatam, esse specialem virtutem, siquidem aperte docet in 4. Distinct. 23. quæst. 3. art. 2. ad 4. & Distinct. 40. quæst. 3. art. 3. virginitatem solo proposito seruandi in perpetuum virginitatem, esse specialem virtutem, sed quia virginitas cum solo proposito absque voto, non sit in perfectissimo gradu.

Sed quidquid sit de opinione S. Thomæ, in hac re dico, Primo virginitatem solo proposito absque voto firmatam esse veram specialem virtutem in genere castitatis. Ita sentit Paludanus 4. Distinct. 33. quæst. 2. art. 1. conclus. 1. Sotus in 4. Distinct. 40. quæst. 3. art. 2. Siluester Virginitas quæst. 1. Patet, quia est specialis ratio boni secundum rectam rationem in ea. Item est specialis difficultas in ea. Item stuprum est speciale luxuriæ peccatum, vt est communis opinio omnium, & infra dicemus, ergo est contra specialem virtutem castitatis, & non est nisi contra virginitatem solo proposito firmatam, ergo est specialis virtus. Item votum virginitatem confirmans facit, vt peccatum contra eam commissum, non solum sit stuprum, sed etiam sacrilegium, ergo virginitas per votum constituitur in virtute religionis, at ipsa secundum suam naturam est specialis virtus castitatis. Deinde, virginitas voto firmata per votum, constituitur in specie religionis, sicut omne opus bonum voto firmatum, vt voti sit opus religionis.

Quarto quaeritur, An virginitas, pro vt est specialis virtus, amitti possit opere licito absque vilo peccato? Duae sunt opiniones: vna est asserentium, virginitatem aliquando perdi sine peccato, quoniam puella virgo amitti suam virginitatem per copulam conjugalem licitam. Sic Martinus, Maior vbi supra, quia aliqui si non perderet, dici posset, parere virginem posse: Altera est opinio asserentium, quod virginitas, vt est naturalis integritas corporis, perditur absque peccato, sed vt est virtus, non potest emitti absque peccato. Item femina quæ est virgo, naturaliter non potest parere secundum naturæ ordinem, & cursum naturalem, at quæ est virgo solum moraliter, potest parere secundum naturæ cursum. Sic Caiet. 2. 2. q. 152. art. 3. ad 4. & eadem videtur esse mens S. Thomæ eo loco.

In hac re parum reſert hoc, aut illo modo loquamur: sed probabiliter ad modum loquitur prima opinio: nam licet communiter virtus perdi non soleat absque peccato: at virtutes Euangelicæ, quæ in certis consiliis consistunt, absque peccato perdi possunt, sicut paupertas Euangelica, castitas vidualis, & castitas virginalis.

Quinto quaeritur, An virginitas, pro vt est virtus, sit communis viris, & feminis, hoc est, an reperitur in viris, & feminis, id est, in vtroque sexu hominum secundum vniuersalem rationem? Ratio dubitandi est, quia in feminis virginitas includit claustrum virgineum, quod non est in viro. Item in feminis stuprum est contra virginitatem, at in viro non est stuprum, licet agat contra virginitatem.

Ex altera parte videtur, quod virginitas sit vtrique sexui communis. Item peccata luxuriæ eadem in vtroque sexu reperuntur. Item aureola, quæ in gloria caelesti respondet virginitati, communis est viris, & feminis. In hac quaestione aliqui asserunt, quod virginitas secundum omnem rationem virtutis, quam habet, est communis vtrique sexui vniuersæ: at secundum esse materiale, & accidentarium quod habet ad rationem virtutis, non est communis vtrique sexui. v. g. virginitas prout habet rationem virtutis, est voluntas abstinentiæ se perpetuè à copula carnali per corporis integritatem perpetuè seruandam, vbi propositum virtutis est formale esse virginitatis, quod commune est viro, & feminæ, & signaculum, vel claustrum virgineum est materiale, & accidentarium in virtute virginitatis, & hoc non est commune vtrique sexui. Ita Caiet. 2. 2. quæst. 154. art. 6. & eadem videtur ten-



tentia esse S. Thomae eo in loco. Sic etiam Tabien. *verbo stuprum.*

In hac re dico in primis; illud quod in virginitate habet rationem formalem virtutis, est commune utriusque sexui, ut dixit Caietanus. Secundo esse materiale, & accidentarium quod est in virginitate ad rationem virtutis, non est commune utriusque, & feminis; ut clarius patebit ex sequentibus. Tertio integritas pro ut est communis utriusque sexui, & cui in gloria celesti respondebit aureola specialis, est voluntas abstinendi perpetuo ab omni copula carnali, & delectatione carnis libidinosa, ita ut per copulam carnalem, aut delectationem veneream corpus non polluitur; abstinendi, inquam, perpetuo ab omni copula carnali siue illicita, siue licita, qualis est copula conjugalis.

Sexto quaeritur, An virginitas pro ut habet rationem virtutis, includat necessarium, & intrinsecum integritatem corporis, tanquam materiam omnino necessariam, in qua versetur, & consistat virtus virginitatis, intelligendo in feminis per integritatem corporis signaculum virginitatis, in masculis vero, quod primo non polluitur eorum corpus per copulam aliquando carnalem?

Duae sunt opiniones; Prima asserentium, quod non includit, sed quod illa integritas est accidentaria ad virginitatem, pro ut habet rationem virtutis. Sic S. Thomas 2. 2. *quæst. 152. art. 1. & art. 3.* Caietanus *ibidem.* Sotus, Angelus, Richardus, Siluester, Tabien. Armilla *ubi supra*: Atque hæc est communis opinio, quoniam integritas per vim tolli potest: at si virgo violatur per vim, & iniuria, aut omnino infesta, aut in amentia, sine dubio amittit integritatem, sed non amittit virtutem. Item si puella velit nubere, & copulam conjugalem habere, perdit virtutem, sed non amittit integritatem carnis. Secunda est opinio asserentium, quod virginitas, quæ est virtus, necessario inuoluit, ac includit integritatem corporis, ut materiam necessariam, quam præsupponit, & in qua consistit. Sic Martinus, & Maior *ubi supra*, & probant, quia aliqui erit verum, quod aliqua virgo patitur absque miraculo, nimirum ea, quæ est corrupta per vim, & postea gignit, & parit, si enim virgo manet, ergo virgo parit. Vide isti Auctores; quod licet voluntas abstinendi à copula carnali, quæ est in puella virgine, perseveret in eadem postea corrupta, est tamen eadem voluntas secundum esse naturæ, non tamen secundum esse moris: nam in virgine est actus castitatis virginalis, in corrupta vero est actus castitatis vidualis.

In hac re prima opinio est venior, & amplectenda. Et cum obijciatur, ex ea sequi, ut virgo pariat, responderetur commune, & vulgatum dictum, quod virgo non parit, intelligitur de ea, quæ est virgo naturaliter, non tamen de ea, quæ est virgo moraliter: nam virgo corrupta per vim, semper manet virgo moraliter, non tamen naturaliter, hoc est, retinet virginitatem ut est virtus; non tamen virginitatem, ut est naturalis integritas corporis. Alij defendentes opinionem Martini, & Maioris, aiunt, quod virginitas necessario includit integritatem corporis hoc sensu, quod amittitur virginitas per copulam carnalem voluntariam, siue illicitam, siue licitam conjugalem: ita ut quoties amittitur corporis integritas voluntarie, amittatur quoque virginitas, quæ est virtus; & e contra quoties perditur virginitas, amittitur etiam voluntarie corporis integritas.

Septimo quaeritur, An virginitas includat propositum abstinendi ab omni delectatione sensus, quæ percipitur in resolutione seminis humani? Duae sunt opiniones. Prima est asserentium non includere, sed propositum perpetuo seruandi integritatem corporis. Sic Martinus, & Maior *ubi supra*, quia virginitas, inquit, non amittitur per resolutionem seminis voluntariam, cum in feminis post illam resolutionem adhuc maneat signaculum virginitatis. Secunda est opinio, necessario includere. Sic S. Thomas, Caietanus, Siluester, Angelus, Tabien. *locis supra citatis.* Hæc est opi-

nio communis, & sequenda. Et quando obijcit Martinus, adhuc in virgine voluntarie polluta manet signaculum virginitatis corporis; item, si quis carnaliter virginem cognoscere pollutam, est stuprator eius, & stuprum est peccatum contra virginitatem, ergo manet virginitas post pollutionem feminae: Respondeo ad primum, tolli eo probari, quod in femina polluta maneat naturalis integritas carnis, non tamen virginitas quæ est virtus: Ad secundum dico, quod stuprum est contra virginitatem non quomodoocunque, sed pro ut includit naturalem integritatem corporis in femina, ut statim dicemus.

Octavo quaeritur: Quomodo, & quando amittitur virginitas, quæ est virtus? Dubium consistit in multis. Primo an virginitas amittatur, si virgo corrumpatur per vim nihil consentiens; item si corrumpatur infesta, aut amens. Duae sunt opiniones: Prima asserit corrumpi, est Martini, & Maioris, quia sentiunt, ut superius dixi, quod virginitas, ut est virtus præsupponit necessarium integritatem corporis, sicut innocentia præsupponit necessarium nunquam peccasse: fateatur tamen quod aureola virginitatis non amittitur, si aliqua virgo corrumpatur per vim, aut non consentiens: Item aiunt, quod non amittitur meritum, & præmium virginitatis, & hoc esse inquit, quod docet Augustinus, & alij; S. Luciam verè dixisse, non corrumpi eius virginitatem, si vi eius corpus violaretur.

Opinio secunda est asserentium, non amitti. Sic S. Thomas, Caietanus, Siluester, Angelus, *locis præcitatis.* Hæc opinio est vera, & sequenda: nam virtus non amittitur nobis iniuria: & ita si femina virgo corrumpatur, aut per vim, aut infesta, nimirum dum aut ebria est, aut amens, aut ante usum rationis, dum admodum puella est, neque doli capax, non amittit virginitatem ut est virtus, sed ut est naturalis integritas carnis, ut omnes communiter probant ex Augustino.

Alteri difficultas est, An virginitas ut est virtus, amittitur per voluntariam feminis effusionem, siue resolutionem? Duae sunt opiniones. Vna est asserentium non amitti, quia per illam non perditur integritas, & signaculum corporis. Deinde quia aliqui si perderetur, sequeretur, ut virgo, postquam se voluntarie polluit per resolutionem seminis, non diceretur stupra, si quis eam carnaliter cognoscere, siquidem iam non est virgo. Item quia virginitas non amittitur, nisi per suum contrarium, sed eius contrarium est stuprum; ergo solum amittitur per stuprum. Fatentur tamen isti in virgine voluntariam feminis emissionem, ac resolutionem esse peccatum contra naturam, sed non tollentem virginitatem. Altera est opinio asserentium, virginitatem amitti. Ita S. Thomas, Caietanus, Sotus, Siluester, Angelus, Tabien, & communis opinio omnium. Et hæc est venior: Obijcies, virginitas solum tollitur per stuprum. Responderetur, negando id, quoniam bonum virtutis aliquando tollitur per multa vitia, & sic virginitas, quæ est virtus, non solum tollitur per stuprum, sed etiam per peccatum contra naturam, quod est mollities, siue voluntaria pollutio.

Secundo obijcies, ergo si quis carnaliter cognoscere virginem, postquam ipse se voluntarie polluit, non esset stuprator virginis, siquidem iam non est virgo. Respondeo, negando consequentiam; quia ut quis sit stuprator, satis est, si carnaliter cognoscatur feminam, quæ adhuc retinet naturalem sui corporis integritatem: stuprum enim, ut infra dicemus, est luxuriae peccatum, quo violatur naturalis integritas feminae, siue sit ea iam corrupta mente, & animo, siue non. Et hoc patet, quia vir, siue masculus amittit suam virginitatem per primam copulam carnalem, quam habet, & tamen non dicitur stuprator, quoniam stuprum solum est in femina virgine, ut dicemus inferius.

Tertia difficultas est, an virginitas quæ est virtus, amittatur per pollutionem in somno? Respondeo in primis: si pollutio in somno accidit, & non fuit intenta in se, nec in causâ, non tollit virginitatem. Secundo si fuit intenta in



se, vel causa, hoc est, si fuit voluntaria in se, vel in sua causa, tunc perditur virginitas, quia polluitur virgo mente & animo, & virginitas pro vt est virtus, in animo potissimum consistit, & includit illud propositum nunquam se polluendi voluntariè. Tertio si pollutio in somno accidit nullo modo prius intenta, sed postea in vigilia placet, tunc perditur etiam virginitas: patet, quia tunc virgo mente, & animo polluitur. Hæc omnia communis opinio ex S. Thoma.

Quarta difficultas est, An virginitas, vt est virtus, amittatur per affectum voluntatis, quo virgo deliberata vult copulam carnalem, aut pollutionem, licet opere non sequatur, aut copula, aut pollutio? Martinus, & Maior fatentur in virgine prædictum affectum esse contra virginitatem, nõ tamen per ipsum solum amitti virginitatem, donec perdat naturalis integritas corporis; quoniam aliqui nulla virgo spondata cognosceretur à suo viro virgo manens, quia antequam cognosceretur à sponso suo, habuit propositum nubendi, & cocundi cum sponso suo, ergo eo ipso amittit virginitatem. Item propositum nubendi in femina virgine est actus castitatis, non coniugalis, non vidualis, ergo virginalis. Sed communis opinio ex S. Thoma docet amitti virginitatem, quia animo, & mente perditur. Ad argumenta patet solutio ex dictis.

Quinta difficultas est, An amissa virginitas quæ est virtus, restituatur aliquando per penitentiam; & quibus casibus restitui queat? Respondeo in primis, quod quando amittitur virginitas per copulam carnalem, tunc non potest restitui. In hoc omnes conueniunt. Secundo quando amittitur per voluntariam pollutionem, tunc etiam non potest restitui. In hoc etiam conueniunt communiter omnes; licet Martinus, & Maior doceant tunc non restitui, sed hoc ideo esse, quoniam non amissa. Tertio quando amittitur solum per affectum voluntatis volentis copulam, aut pollutionem futuram, aut sibi complacentis in copula aut pollutione, quæ accidit in somno, vel vigilia, tunc restituatur per penitentiam, siue affectum contrarium. In hoc etiam conueniunt communiter omnes, licet Martinus, & Maior asserant, tunc non restitui, quia non est amissa, sed solum, aiunt, tollitur affectus, qui erat contra virginitatem. Sed contra sententiam communem obijcit Martinus; Amissa integritate corporis, solum amittitur id, quod est materiale, & accidentarium in virtute virginitatis, & per penitentiam restituatur id quod est formale in virtute virginitatis, nimirum propositum seruandi perpetuè castitatem, ergo per penitentiam restitui potest virginitas semel amissa per copulam carnalem, siquidem non est opus, vt restituatur integritas corporis, quæ est accidentaria virtuti? Respondeo, quod licet sit accidentaria virtuti virginitatis integritas naturalis corporis, at est tamen omnino necessarius in ea vt materia, quam necessariò præsupponit virginitas, cum sit abstinencia, & immunitas perpetua à pollutione voluntaria, & quia femina quæ voluntariè carnaliter se commiscuit viro, voluntariè polluta est, & semel polluta fieri non potest, vt non sit polluta. Ideo amissa virginitas per copulam carnalem voluntariam, non potest amplius restitui per penitentiam.

Nono quaeritur, An virginitas sit bona, & virtus, per se? Dux sunt opiniones; Prima est asserentium, non esse bonam per se, & absolute, sed ratione habita alterius, sicut medicina non est bona per se, sed est bona ratione ægroti, sic virginitas non est bona per se, sed alterius rei ratione habita. Ita Durandus 4. Dist. 32. quæst. 4. Martinus 9. 1. de Virginit. Et probant, quia Virginitas non est bona in coniugatis, ergo non est bona cuiuslibet. Deinde, quia non fuit in statu naturæ integræ in Paradiso ante peccatum primum parentum. Item, quia fuit opprobrio in statu legis veteris. Secunda opinio est asserentium, eam esse bonam per se, & absolute. Sed est notandum, quod sicut furtum dicitur esse malum per se, & ex natura sua, intelligitur tamen positus omnibus suis debitis circumstantijs,

alioqui enim furari in extrema necessitate heitum est: Sic etiam cum dicitur, Virginitas est bona per se, intelligitur positus omnibus debitis suis circumstantijs, nimirum loco, tempore, personis, & rebus; alioqui enim si Deus præciperet alicui, vt se matrimonio copularet, illicitum esset illi seruare virginitatem. Et ita solui facile possunt argumenta contraria.

Decimo quaeritur, An virginitas sit bonum maius matrimonio? Dico esse maius bonum, vt colligitur ex prima Corinth. 7. & id docet communis sanctorum Patrum, & Theologorum opinio.

Nec obstat, si obijcias: In statu naturæ integræ melius erat matrimonium. Item si vir tantum, & femina essent in secundo gradu, deberent copulari ad prolem generandam, ne genus humanum deliceret. Item peccatum contra matrimonium est maius suppro, quia est adulterium, ergo matrimonium est maius bonum. Ad hæc super matrimonio Pontificia auctoritas dispensare non potest, & tamen potest super virginitate voto firmata. Præterea, matrimonium est propter bonum totius speciei, virginitas est propter proprium bonum cuiusque individui; at commune bonum est maius priuato? Respondeo ad hæc omnia, solum probari, quod matrimonium aliquo casu, & tempore sit melius bonum, & in aliqua causa, at secundum se, & ex obiecto virginitas est maius bonum. Lege Concilium Trident. sess. 24. Can. 10.

### De Peccatis Luxuriæ sexto Præcepto prohibitis.

#### CAPVT III.

PRIMO notandum, septem esse species peccatorum contra castitatem hoc præcepto prohibitas, nimirum Fornicationem, Adulterium, Incestum, Stuprum, Raptum, Peccatum contra naturam, Sacrilegium. S. Thomas 2. 2. quæst. 154. art. 1. Siluester, Angelus, Tabienus, Rosella, A. in illa in verbo Luxuria. Nauar. in Manuali cap. 16. num. 3. quomodo hæc species inter se distinguantur, & in singulis earum reperiantur duæ malitiæ speciales contra duas speciales virtutes, & an sint plures species luxuriæ secundum genus suum, dicam inferius.

Secundo notandum, tantum peccatum esse, si quis peccet, & cum eadem femina decies rem habeat, quantum est, si quis peccet cum decem feminis, cæteris paribus. Vide satis est in confessione Sacramentali dicere, decem se admisisse adulteria, vel decem fornicationes. Maior. in 4. Dist. 17. q. 4. Nauar. cap. 16. num. 3.

Tertio notandum, hoc præcepto expresse esse prohibitum adulterium; cætera vero peccata contra castitatem reduci ad huius præcepti prohibitionem.

Quarto notandum, hoc præcepto in vniuersum prohiberi omnem coitum, siue carnalem copulam extra legitimum coniugium factam, & voluntariam omnem humani seminis effusionem extra matrimonium.

Quinto notandum, sicut castitas est virtus quædam specialis, ita luxuria est speciale vitium; quoniam est contra specialem virtutem, & versatur circa speciale obiectum, & habet specialem materiam, & specialem turpitudinem contra rectam rationem: nimirum quod luxuria est concubitus carnalis extra legitimum coniugium. Et hæc malitia specialis, quam habet luxuria, rursus variatur, secundum speciem pro diuersitate personarum inter quas fit ipse carnalis concubitus, vt dicam infra: nam variatur specie, quatenus luxuria reperitur in alijs virtutum materijs, vt docet S. Thomas in

2. 2. quæst. 154.

art. 1.



## De Fornicatione Simplici.

## CAPVT IV.

**P** R I M O notandum, quod Fornicatio simplex, est concubitus viri soluti cum femina soluta; intelliguntur verò soluti, qui à coniugio, voto, ordine sacro, religione, & cognatione sunt liberi. Siluest. *verbo Luxuria, quæst. 1.* & communis opinio.

Dicitur simplex fornicatio, quia est viri cum femina carnalis copula nulla grauiori circumstantia luxuriæ affecta; & ita commune nomen, nimirum simplicis fornicationis obtinuit.

Secundo notandum, fornicationem dupliciter contingere. Primo quando est viri cum femina certa, quam quis ex consuetudine carnaliter cognoscit, & dicitur concubitus, ut dicemus.

Tertio notandum, esse hæreticum, docere fornicationem simplicem non esse peccatum, *Clem. ad nostram de Hæret.*

Quarto notandum, esse errorem aliquorum, asserentium fornicationem esse quidem peccatum prohibutum lege positiua diuina. *1. Cor. 6. Gal. 5. Ephes. 1. 1. Thess. 4.* sed non esse prohibitam lege naturali; & ita autem esse peccatum fornicationem, non quia sit mala secundum se, & ex natura ac obiecto suo, sed ex lege positiua diuina prohibente eam, à qua sententia non abest Martinus *q. 3.* & Durand. *4. Dist. 3. q. 3. quæst. 2. de Luxuria*: Sed vt colligitur ex S. Thom. *2. 2. q. 154. art. 2.* & Caiet. *ibidem, Soc. de instit. dist. 3. q. 3. art.* Fornicatio est mala secundum se, & intrinsecè, & ita lege naturali prohibita, quia est contra bonam educationem, & institutionem prolis nascituræ.

Primo queritur, An possit in aliquem rudem, & vulgarem hominem cadere ignorantia inuincibilis, quod fornicatio simplex non sit peccatum? Angelus, Siluest. *verbo, Luxuria q. 3. Et in verbo, Concubinarius q. 3.* Nauar. *cap. 16. num. 1.* aiunt, neminem posse excusari ob ignorantiam inuincibilem. Aliqui aiunt, si loquamur de fornicatione in vniuersum; vt est concubitus vagus cum quacunquæ femina soluta, non cadit ignorantia inuincibilis; si autem loquamur de fornicatione, quæ est concubitus vagus cum meretrice omnibus exposita, & in Republica permixta, tunc aliquando in hominẽ rudem, & rusticum potest cadere ignorantia inuincibilis. Sotus quo diximus in loco citato, potuisse gentes aliquas ita fuisse agiles, vt inuincibiliter ignorauerint fornicationem simplicem esse peccatum.

In hac re dico, In populo, siue in Republica Christiana nullum ordinare debere admitti, qui excusari valeat à culpa fornicationis simplicis ob ignorantiam, quia satis iam in populo Christiano est prædicatum, & prædicatur vbique fornicationem esse peccatum.

Secundo queritur, An fornicatio sit leuius peccatum furto ex obiecti natura? Martinus *supra dicto loco* docere contendit, esse leuius peccatum secundum obiecti naturam, quia maior ignorantia cadere potest in hominem de fornicationis culpa, quam de furti peccato, & quia clarius, & expressius prohibetur furtum in Decalogo, quam sit prohibita fornicatio, *Exod. 20.*

Sed dicendum est ex S. Thoma *2. 2. q. 154. art. 3.* quod fornicatio est grauius delictum ex obiecto suo quam furtum, quoniam est contra vitam, & bonum prolis nascituræ: At furtum est solum rerum naturalium alienarum vsurpatio, vt defendunt Caietanus, & Sotus *supra dicto loco*, quæ sit pena fornicationis, & quo modo Confessarius se gerere debeat cum fornicarijs, dicitur capite sequenti.

Tertio queritur, An carnaliter commiseri cum soluta femina infideli, non baptizata, nimirum cum Iudæa, Gentili, vel Mahumetana, sit fornicatio speciem luxuriæ mutans? dicam inferius.

Quarto queritur, An si solutus carnaliter cognoscat feminam viduam, sit fornicatio mutans speciem? inferius dicam.

*Instit. Moral. Pars 3.*

Quinto queritur, An fornicarius dicere in confessione teneatur, quod feminam solutam induxit in fornicationem, quando eam inuitauit ad fornicandum libidinis gratia, inferius disputabo.

Sexto queritur, An sit simplex fornicatio concubitus viri soluti cum femina, quæ est alterius sponsa per verba futuri temporis, quæ nimirum promisit se nupturam alteri? Respondet esse simplicem fornicationem Couarruias *in Epitome in 4. cap. 1. num. 8.* Inde sequitur, non oportere in confessione exprimi circumstantiam, quod alteri sit desponsata per verba futuri temporis, vt ait *ibid.* Couarr. *num. 13.* nam per verba futuri temporis femina nõ sit vxor alterius, cum alteri nondum sit acquisitum ius in corpus illius femine. Licet alij ab eodem Couarruias citati oppositum senserint, satis probabilius.

Septimo queritur, An fornicatio meretricia variet speciem fornicationis simplicis? Hoc dubium inferius dilucetur.

Octauo queritur, An coitus presbyteri, aut hominis in sacris cõstituti cum femina soluta habeat in iure rationem simplicis fornicationis, an verò incestus, aut sacrilegijs, aut adulterijs? Sunt tres opiniones. Prima est asserentium, quod incestus rationem habet in iure. Glossa *in Lt. C. de Episcop. & Cler. in verbo Fily*, Baldus *ibid. num. 2.* ait, quod hæc questio iur de facto mota, & fuit ita decisum, & hoc communiter teneri à Doctõribus, ait Grilland. *de Diuer. crimin. quæst. ult.* sic Conradinus *in sua Pract. fol. 376. num. 14.* & *fol. 241. num. 73.* Opinio secunda est asserentium, quod in iure habet rationem simplicis fornicationis. Sic Caccialupus *in Repertorio Auctor. num. 31. l. Adorficia.* Sic Iul. Claus *lib. 3. select. sententiarum. in verb. Fornicatio. num. 16.* vbi ait, hanc esse communem opinionem, & citat Archidiaconum *lib. 3. de Testam. f. 22. num. 30.* Boss. *Tit. de coitu damni.* Opinio tertia est asserentium, quod habet rationem adulterijs. Sic Glossa *in cap. Per venerabilem, in verbo Adulterimus*; quæ sententiam dicit esse communem Couarr. *in 4. fol. 172. colu. 4. Plaza lib. 1. Delictõ. cap. 41. nu. 31.* Sed Theologorum opinio est, quod sit sacrilegium, quia est contra votum castitatis emissum in factorum ordinum susceptione.

## De Concubinatu.

## CAPVT V.

**P** R I M O notandum, quod concubinatus est, quando vir feminam aliquam carnaliter cõsuetudine quadam tanquam vxorem cognoscit.

Secundo notandum, concubinarij esse possunt, & viri soluti, & coniugati, & clerici: & concubina potest esse femina soluta, & coniugata, & sanguine coniuncta, & facta Deo per votum, vel religionem. Et ita concubinatus grauius augetur ex circumstantijs.

Tertio notandum, ad concubinatum nõ sufficere vnum vel alterum actum coeundi cum femina, sed requiri consuetudinem coeundi.

Quarto notandum, In iure ciuili, vt quis dicatur concubinarius, requiritur videretur, vt concubina sit femina domi retenta à concubinatio: at vt secundum ius Canonicum dicatur clericus concubinarius, non requiritur vt concubina domi retineatur, satis est vt clericus eam habeat in aliena domo, dummodo soleat cum ea carnaliter commisceri. Si de cõsuetudine consistat, & distamatus est in sua, vel ipsius concubine vicinia, vt ait Bernardus Diaz, *in sua Pract. Criminali Canon cap. 73.*

Quid si clericus eam habeat domi pedissequam suæ matris, vel sororis, aut matertera? Dico, non requiri vt sola domi retineatur vt pedissequa matris, dummodo cõstet, quod clericus retineat eam in concubinam, clericus erit verè concubinarius, vt ait Bernardus *loco citato.*

Quinto notandum, concubinas in sacris literis dicit,

H 3

legi-



legitimas uxores, sed sine publica solemnitate, & ritu consueto in uxores acceptas, & nō ad domesticam familiarum gubernationem admittas Nam in veteri illo Hebræorum populo permillum fuit, ut quis duas uxores duceret, vnam quidem publico, & solemnī ritu, & illa dicebatur vxor, alteram verō postea absque publico, & solemnī ritu, & illa dicebatur concubina; & tamen erat legitima vxor, sed secunda. Sic communis opinio.

*De Pœnis Concubinariorum, & Fornicariorum.*

CAPUT VI.

**P**RIMO notandum; Concubinarj faculares, siue soluti sint, siue vxorati, puniri possunt ab ordinarijs iudicibus Ecclesiasticis ex Concilio Trid. *sess. 24. cap. 8. de re format. Matrimonij*, vbi dicitur: [Concubinarj tā soluti, quā vxorati cuiuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam admoniti ab Ordinario ter fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab eorum consuetudine non seauerint, excommunicatione sentiantur: à qua non absoluantur, donec ad monitioni facte nō pariterint. Quod si per annum in concubinato censuris neglectis permanserint, contra eos ab Ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur; Mulieres siue coniugate, siue solutæ, quæ cum adulteris, siue concubinaris publicè viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinarijs locorum iullo etiam requirente, ex officio grauius pro modo culpe puniantur, & extra oppidum, vel diocesim, si id eisdem Ordinarijs videbitur, innocato, si opus fuerit, brachio seculari, enecentur; alijs pœnis contra adulteros, & concubinarjos influctis, in suo robore permanentibus.] Hæc Concilium.

Secundo notandum. Concubinarjos Presbyter notorius, etiam ante nullam admonitionem, suspensus est ipso iure. *cap. Presbyter Distinct. 22. & cap. Sacerdotes, Dist. 50. Lege Nauarrum cap. 15. num. 76. Siluestrum verbo Concubinarjos quæst. 4. cum vbi supra ex Innocentio, Hostiensis Abbate, Archidiacono, Anon. & tandem est suspensus, quamdiu durat in vitio, quod si interim celebrat, sic irregularis, & indiget dispensatione Papæ. Siluest. Nauarr. Bernard. ex eisdem vbi supra. Idem dicunt supradicti Auctores de diacono, & subdiacono, & quocumque clerico in minoribus constituto concubinario publico, siue notorio, quia si dum perseverat in vitio, exequatur aliquem actum proprium sui ordinis, sic irregularis, indigens dispensatione Papæ. Si tamen suspensus, huc in vitio perseverans, nō est executus officium suum, indiget absolutioe à suspensione, quam potest Episcopus impendere. Siluester vbi supra ex Innocentio, Archidiacono, & alijs.*

Si verò quæras, An concubinarjos clericus notorius perseverans in vitio, si non exequatur suas functiones, non solum sit suspensus, sed etiam irregularis? Dico etiam esse irregularem, hoc est, nec posse in ordinibus suscipi ministrare, nec ad altiores ordines promoueri. Hoc colligitur ex *cap. Sacerdotes, Distinct. 50.* & Nauarro, & Siluestro, vbi supra, & ex eodem Siluestro, verb. Irregularitas quæst. 14. & Maior. lib. 5. de Irregularitate cap. 37. Sed in hac irregularitate potest Episcopus dispensare, ut ait Siluester ex Innocentio, verbo Irregularitas quæst. 14. & Nauar. & Maio. vbi supra, & Glossa. *cap. As si clericus, de iudic.* quia concubinato, est crīme leuius adulterio, & ibi dicitur quod Episcopus potest dispensare in irregularitatibus contractis ex adulterio, & alijs minoribus delictis. Si tamen, ut dixi supra, perseverans in vitio executus sit sua officia, tunc sit irregularis noua alia irregularitate Papali. Nauarrus, Siluester, Maior. locis supradictis.

Tertio notandum, Idem quod dictum est de clerico concubinario quantum ad pœnas suspensionis, & irregularitatis, dicendum est de clerico fornicario notorio, qui domi non tetinet concubinam, sed in aliena domo;

aut qui diu perseverat in fornicatione aliqua vaga, & notoria. Nauar. Siluest. Maio. & alij vbi supra.

Quarto notandum, notorium, vel publicum, vel manifestum concubinarium, vel fornicarium clericum, dici hoc loco cum; qui crimen vel est confessus in iudicio, vel per sententiam iudicis est convictus de crimine, vel ob eandem causam facti celare crimen suum non potest: vnde licet crimen probati possit in iudicio, vel paucis sit competum, vel sit fama notum, vel aliqua ratione celari possit. v. g. si clericus fornicetur cum pœnilequa matris vel sororis reuera domi, vel si sit clericus cappellanus alienius Domini, & fornicetur cum Domina, vel cum ancilla Domini sui, nō sufficit ad incurrendas predictas pœnas canonicas. Nauar. Siluest. Maio. vbi supra.

Primo queritur, An licitum sit audire Missam Sacerdotis concubinarj, vel fornicarij notorij, aut ab eo Sacramenta recipere? Nauar. *cap. 15. num. 78. & 79. & 80.* censet non esse licitum, & ita mortaliter peccare eum, qui audit, nisi excusetur ignorantia probabili eo, quod nescierit esse legem aliquam canonicam prohibentem, Missam concubinarj notorij Presbyteri audiri, aut ab eo Sacramenta recipi. Quod autem sit lex canonica prohibens, patet ex *cap. Nullus Distinct. 72. & cap. Si quis sunt, Distinct. 81. & cap. vestra de cohabit. Cleric. & id probatur ex S. Thoma, & Abbate, & communis opinione Theologorum in 4. *Distinct. 9. & Distinct. 13.* Gabriele, Maio, Adriano, & alijs. Sed dicendum est, non esse peccatum mortale, quoniam eadē Clericus licet sit suspensus, non tamen tenetur deuitare omnes suspensus, aut excommunicatos, aut interdictos, sed solum eos, qui sunt denunciati nominatim, aut notorij Clericorum persecutores; iuxta Constitutionem editam in Concilio Constantensi: vt dicemus in *Tract. de censuris Eccles. in materia de excommunicatione.* Cum autem lex Canonica præcipiat Missam Concubinarj presbyteri manifesti non audiri, eo quod sit ipso iure suspensus, sequitur, vt non obsequatur euitare eum, quamdiu non est nominatim denunciatus. Quia verò Nauarrus est secutus opinionem aliam, que alicuius euitandos esse omnes excommunicatos, & suspensus manifestos, iuxta constitutionem editam in Concilio Basiliensi, que opinio non est vera: ideo nil mirum est, si doceat euitandum esse in diuinis Clericum concubinarum manifestum, ita etiam mirum non est, quod S. Thomas, Gabriel, Maior, & alij Theologi, & Canonistæ antiqui dicant similiter esse euitandum, quia loquuntur ante Constitutionem editam secundum ius antiquum, quod tunc erat in vsu. Dees: ius Canonum non solum iubet, esse euitandum Clericum concubinarum manifestum tantum iure suspensum, sed etiam in vniuersum esse euitandum in pœnam sui delicti, vt respicitur pœnæ factus. Respondet, iure Canonico præcipi, euitandum esse ex vitioque causa, & quia iure sit suspensus, & quia meretur talem pœnam, vt respicitur pœnæ factus. Sed hoc ius canonicum iam non est in vsu: nam quatenus præcipit euitandum esse tantum iure ipso suspensum, correctum est per Constitutionem editam à Concilio Constantensi, quatenus iubet euitari in pœnam, vt respicitur, derogatum est vsu in contrarium recepto.*

Secundo, An concubinarjos publicus possit licite absolui à confessario, antequam concubinam eiciat? Respondet in primis, non posse eum licite absolui antequam ab ea separaretur eum fitmo proposito nunquam ad eam amplius accedendi. Nauar. *cap. 6. num. 2.* Silu. Angelus, & communis opinio. Secundo, idem dicendum de eo, qui reuera non est concubinarjos, eroditur tamē in populo, vel vicinia probabiliter publicus concubinarjos; quia domi habet feminam publicè putatam concubinam, licet non sit Nauar. *ibi dem.* Nam abstinere debemus, non solum à peccato, & occasione peccandi, sed ab omni scandalo, & specie mali domi autem habere concubinam, aut in aliena domo, est magnum periculum peccandi; est & scandalum aliorum.



Tertio quaeritur, An fornicarius vagus, hoc est, qui facillime solet fornicari, sed vage cum pluribus, & non cum aliqua certa, sit absolueudus? Respondeo, eum esse absolueudum, quoties preteritarum fornicationum dolorem habet, & animum cauendi in futurum fornicationes.

### De Adulterio.

#### CAPVT VII.

**P**rimo notandum, Adulterium continere duas contra rectam rationem deformitates, vnam luxuriam, quia est concubitus viri cum femina extra coniugium: alteram iniustitiam, quia est coitus cum femina, quae est vxor alterius. S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 8.

Secundo notandum, Adulterium committi dupliciter. Primo, si coniugatus carnaliter cognoscat solutam feminam, tunc enim est adulterium ex parte viri. Secundo, si solutus cognoscat carnaliter coniugatam, est tantum adulterium ex parte feminae. Tertio, si vir coniugatus accedat ad feminam coniugatam: ea enim adulterium ex parte viri, & feminae, & hoc communiter à Doctores appellatur adulterium duplex: illa vero duo prius appellantur adulteria simplicia. Siue sit *verbo Adulterio, numer. 1.*

Tertio notandum, Coniugem habere duas obligationes ratione coniugij, vnam, qua obligatur reddere debitum coniugale alteri coniugi, alteram, qua obligatur non violare coniugij fidem per concubitus, cum alia à suo coniuge. Ex hinc fit, vt peccata coniugum alia sint contra primam obligationem, alia contra secundam. De illis primis peccatis agitur in *Tractat. de Sacramentis, in materia de Matrimonio*, in praesentia vero agitur de peccatis secundae generis.

Primo quaeritur, An coniugatus carnaliter cognosceus coniugatam, duo adulteria committit? Respondeo, cum per vnum actum iniustitiam, & iniuriam inferre, tum marito vxoris, quam cognoscit, tum suae propriae vxori, cui fidem, & iustitiam non seruat, & ita reum esse duorum adulteriorum: sicut si quis vno ictu, vel ictu sagittae duos homines occideret, aut vno verbo duos homines infamaret, reus esset duplatis iniustitiae, contra duos homines perpetrata.

Secundo quaeritur, An si coniugatus coeet cum coniugata, dicere teneatur in confessione, se coeet eum coniugata, & se etiam esse vxoratum virum, an vero satis sit dicere, se esse coniugatum? Respondeo, oportere eum exprimitere vtrumque, quia duplitem iniustitiam commisit, vt dixi; sicut oportet exprimitere eum, qui occidit duos homines vno ictu, aut qui infamauit duos homines vno verbo: nam licet sit vnus actus, iniustitia tamen est commissa contra duos homines: sicut si vno cursu conculcasset duorum hominum lata, vel segetes, faceres contra ius duorum.

Tertio quaeritur, An coitus cum femina, quae est alteri nupta per matrimonium ratum nondum consummatum, sit vere, & proprie adulterium? Respondeo, esse vere & proprie adulterium, quia est cum vxore alterius. Item mortuus per coniugium ratum non consummatum, vere acquirit ius in corpus vxoris, ergo adulter est, qui rem habet cum coniugata per matrimonium ratum etiam non consummatum.

Quarto quaeritur, An sit adulterium, si quis coeet cum femina, quae est alteri desponsata, solum per verba futuri temporis? De hoc dubo dixi *supra, §. cap. 1.*

Quinto quaeritur, An sit adulterium, si quis cognoscat carnaliter viduam intra annum, aut conuictum tempus luctus? Hanc quaestionem inferius distinam.

Sexto quaeritur, An adulterium sit grauius incestu? Respondeo, incestum esse peccatum grauius adulterio, vt aperte dicitur *32. q. 7. c. Adulterij malum*. Sic S. Thomas 2.

*2. q. 154. ar. 12.* Et sic communis opinio, Angel. Tabien. Sed notandum, eum dicitur incestus grauior adulterio, intelligi secundum se, & ex obiecti natura, ad quod sufficit, vt multi incestus sint grauiores adulterio, qualis est, si quis coeet cum matre, aut cum sorore: non requiritur, vt omnis in vniuersum incestus sit grauior in individuo adulterio. Non enim puto, incestum omnem, qui solum iure positivo humano inducitur, esse crimen grauius adulterio, licet incestus in cognatione carnali contra ius naturale commissus, sit grauior adulterio: verbi gratia, incestus cum matre, cum sorore, cum foetu, cum nuru, cum nouerca, cum priuigna, est grauior adulterio. Sic etiam intelligit Angelus in *verb. Luxuria, numer. 3.*

Septimo quaeritur, An si coniugatus coeet sodomiticè cum masculo, aut cum alia femina contra naturam extra vis ordinatum, committat duo peccata, specie distincta, vnum sodomiam, alterum contra ius, & obligationem matrimonij debitam vxori suae? De hoc dicam *inferius, cap. 10.*

### De Penis Adulterij.

#### CAPVT VIII.

**P**rimo notandum, Vxor adultera amittit dotem, quae ob adulterium, sententia Iudicis Ecclesiastici de diuortio secuta, adiudicatur marito accusanti eam de adulterio. *cap. Plerumque, de Donat. inter virum & vxor.* Item amittit arthas, & donationem propter nuptias. Communis opinio: Couar. in *Episto. in 4. part. 2. cap. 7. §. 6. numer. 1. & 7.* Sed difficultas est, an amittat paraphernalia. Couarr. *ibi, numer. 2.* ait esse communem opinionem, quod haec bona etiam amittat. Sed oppositum sentiunt Abbas, & Praepositus, quos ibidem citat, & hanc opinionem sequitur Siluest. *verb. Adulterium, quest. 6.* Item vbi bona durante matrimonio acquisita sunt communia inter virum, & vxorem, vt sunt in Hispania, amittit partem sibi debitam, vt ait Couar. *l. co. citato, numer. 2.* Sed est difficultas, an solum amittat illa ob adulterium, an vero etiam ob amplexus, vel oscula impudica. Couar. *vbi supra* ait quod amittat, alij negant. Conuenit tamen inter omnes, quod vxor amittat ob amplexus, vel oscula impudica legatum sibi relictum à viro ea conditione, si pudice, & honeste vxerit. Couar. *vbi supra, eod. nu. 2.* ex Baldo.

Secundo notandum, Si maritus possit fornicetur, posse vxorem agere contra maritum, & ad totum coniugalis consortium, & ad dotis restitutionem, Couarruias *vbi supra, numer. 6.* Item vxor adultera, si viro suo reconcilietur, omnia recuperat, *cap. Plerumque, de Donat. inter virum, & vxorem.*

Tertio notandum, Vxorem adulteram non posse accusari ab haeredibus mariti ad amissionem dotis, si adulterum viuente marito commulsum, fuit illi notum. Couar. *n. 8. vbi supra.* Si tamen non fuit marito notum, potest accusari ab eisdem haeredibus. Couar. *vbi supra, nu. 9.*

Quarto notandum, quod adulter ob adulterium amittit ius petendi debitum coniugale hoc sensu, quod ei petenti non tenetur alter coitus reddere. De hoc dicam in *Tract. de Sacram. in materia de Matrim.*

Quinto notandum, quod adulter per sententiam Iudicis priuari potest cohabitatione cum altero coniuge, quae pena dicitur diuortium, & hanc penam, & sententiam solus Iudex Ecclesiasticus ferre potest. Ita communis opinio, teste Couar. *numer. 8. vbi supra.* Sed nos agemus de ea pena in Sacramento Matrimonij.

Sexto notandum: Iure Pandectarum non erat pena mortis constituta contra adulteros, nec pena deportationis, nec damnationis ad bestias, aut metalla. Couarruias *numer. 10. vbi supra*, licet Iulius Clarus *lib. 5. Sententiarum receptarum, §. Adulterium, numer. 7.* dicat esse sententiam communem, quod iure Pandectarum erat pena deportationis contra adulterum, & citat ad id Auctores. Sed Iure Codicis pena capitis inflictæ est. *l. Quamuis. 1. c. ad legem.*



*legem Iuliam de Adulteriis.* Postea iure Pandectarum in feminis poena mortis fuit in mitiorem poenam commutata: nam femina adultera verberari precipitur, & postea de- trudi in monasterium ad poenitentiam agendam, *Authent. sed hodie. C. de Adulter.* Iustam esse poenam mortis tenet Caietanus 2. 2. *quæst. 64. art. 2. S. Thomas, & Paludanus 4. Distin. 37. quæst. 2. art. 1. Maior 4. distin. 35. quæst. 2. & Leuit. 20. & Deuter. 22.* poena mortis constituitur contra adulteros, hoc est, si quis pollut per adulterium uxorem alterius, tam alter, quam adultera iubentur occidi. Iure vero Canonico communi pro adulterio tam masculus, quam femina excommunicatur, *cap. Imoleximus de Adulter.* Item in monasterium deuriditur. Et si maritus nolit eam retinere, ibi cogitur toto vite tempore poenitentiam agere, *c. Gaudemus de Adul.*

Septimo notandum, iure etiam civili adulteros in adulterio deprehensos occidi posse priuata auctoritate impune à marito eos deprehendente: sed peccat maritus eos occidens, ut dixi *suprà in quinto Præcepto*: nec acquirit tunc occidens priuata auctoritate dotem, aut arthas, aut alia bona vxoris, quæ ob adulterium ei lege adiudicantur. Couarr. *vbi supra.* Item in Hispaniis, & alibi iure regio adulteri in iudicio conuicti, marito accusante, per sententiam Iudicis ipsi marito traduntur cum bonis suis, ut faciat quicquid ei libuerit, etiam ut occidat eos, quos licitum est ei occidere, ut dixi *suprà in quinto Præcepto.*

Octauo notandum: Clericus adulter deponitur ab officio, & in monasterium toto vite tempore deuriditur, *cap. Si quis Clericus, distin. 81.* & est communis opinio, ut ait Bernardus Diaz. in *Practica Crimin. c. 79.* sic etiam infamis, ut ait idem Auctor *ibidem.*

Sed difficultas est, Quid si cognouit conjugatam impudicam, & meretricem? Dico: si sciens esse conjugatam, cognouit, incurrit prædictam poenam: si ignorans vero, non incurrit. Bernard. *vbi supra.* Sed si conjugata erat honesta, & Clericus cognouit carnaliter, ignorans eam esse conjugatam, dico eum excusari à poena prædicta. Bernar. *vbi supra.* Sed quid si cognouit conjugatam communiter ab omnibus putatam solutam? Aliqui aiunt, eum nec excusari à prædicta poena. Sed melius ait Bernardus, arbitrio Ordinarj puniendum tunc esse.

Nono notandum, Clericum notorium adulterum esse suspensum ipso iure ab officio, & esse irregularem; quia omne crimen depositione dignum quod est notorium, inducit irregularitatem, *cap. fin. de Temporib. ordinan.* Nauarrus *cap. 27. num. 248.* & communis opinio. Sed hæc irregularitas potest dispensari ab Episcopo, si Clericus sit suspensus, & irregulatus, & non est executus officium, aut actum proprium sui Ordinis. *cap. At si Clerici, de Iudic.* & ibi Glossa communiter recepta. Si tamen executus est actum proprium sui Ordinis, tunc indiget dispensatione Papæ; quia incurrit nouam irregularitatem Papalem, & irregularitas incurta ex hoc, quod quis excommunicatus, suspensus, & interdictus exequitur actum proprium Ordinis, non dispensatur nisi per Papam. *cap. 1. de Sent. & Re iudic. in sexto.*

Sed quodnam adulterium dicitur notorium? Tunc dicitur notorium, vel quia adulter in iudicio confessus est illud, vel quia in iudicio conuictus est de illo, vel quia adeo est manifestum, ut nulla tergiversatione celari queat, verbi gratia: Si adultera retineatur publice ab adultero domi suæ, & adulter habet eam publice in mensa, in lecto, & publice nutrit filios susceptos ex ea. *Lege Sylu. verb. Adulterium, qu. 7. ex Abbate, & aliis.*

Sed quænam, & quanta restitutio nascatur ex adulterio: hoc dubium soluam *infra in septimo Præcepto in Tracta. de Restitutione, quæ prouenit ex delictis.*

## De Incestu.

## CAPVT IX.

PRIMO notandum est, ideo incestum inter peccata luxurie numerari, ut speciem distinctam ab aliis; quia est noua malitia contra pietatē debitam cognatis, siue propinquis sanguine conuictis: nam illis debetur honor, & obseruantia quadam.

Secundo notandum, Incestum esse concubitum, inter consanguineos, vel affines, nimirum qui cōtingit inter eos, qui lege prohibente matrimonium contrahere nequeunt. incestuoli dicuntur, qui consanguineis, vel affinibus abutuntur *36. Qu. 1. c. Lex illa.* Et ita incestus est consanguineorum, vel affinium abusus.

Tertio notandum, Cognationem triplicem esse. Prima, est spiritualis. Secunda, legalis. Tertia, est carnalis: Et hæc tertio, et est consanguinitas, vel affinitas.

Quarto notandum, cognationem spiritualemente oriri ex Sacramento Baptismi, vel Confirmationis ex statuto Ecclesiæ, quæ olim ante Concilium Tridentinum erat triplex, Pateritas, Compaternitas, & Confraternitas: modo autem ex Cone. *Trid. Sess. 24. c. 2.* contrahitur inter baptizatum & baptizantem, & inter baptizati patrem, & matrem, & ipsam baptizantem, & suscipientem eum in baptismo, & inter suscipiorem ipsam baptizati, & patrem, & matrem ipsius baptizati. Similiter contrahitur in Sacramento Confirmationis Cognatio legalis est, quæ oritur ex adoptione, vel arrogatione facta per leges civiles, & est inter adoptantem, & adoptatum, eum quis in proprium filium assumit extraneum filium, qui sub potestate carnalis potestate est constitutus, vel inter arrogantem, & arrogatum: porro arrogatio est, eum quis assumit eum, qui est iam extra patriam potestatem constitutus. Est item legalis cognatio inter adoptatum, vel arrogatum, & filios naturales adoptantis, durante adoptione, vel arrogatione. Est item cognatio legalis inter vxorem adoptati, & adoptantem, & adoptatum, & adoptantis vxorem, quæ durat perpetuo sicut prima. *Lege Nauarrum cap. 22. num. 34.* Couarruuiam in *Epitome in 4. p. 27. 2. op. 6. §. 5.* Cognatio carnalis, quæ est vel consanguinitas, vel affinitas, extenditur ad consanguineos, vel affines, intra quartum gradum. Porro consanguinitas, est propinquitas duarum personarum, eò quod vna ex altera, vel ambæ, ex eadem tertia genus ducunt. Affinitas, est propinquitas duarum personarum, quarum vna eum alterius consanguinea copulam habuit, in qua re copula tam illicita, quam licita pares sunt, hoc est, affinitas contrahitur tam per copulam conjugalem cum consanguineis vxoris, quam per copulam fornicatam cum consanguineis eius, quæ postea est per fornicationem antea, ut est omnium sententia, nisi quod affinitas contracta ex copula conjugali extenditur vsque ad quartum gradum: affinitas contracta ex fornicatione olim erat vsque ad quartum gradum; modo vero ex Concilio Tridentino *Sess. 24. cap. 4.* extenditur vsque ad secundum gradum.

Quinto notandum, Peccata incestus esse, si quis rem habeat cum aliqua sua consanguinea intra quartum gradum. Item si carnaliter cognoscat aliquam consanguineam suæ vxoris intra quartum gradum, verbi gratia, si quis coeat cum forni, vel iuri, vel noeræ, vel puigna, vel cum sorore vxoris: Item si coeat cum comatæ, vel cum ea, quam baptizauit, vel in baptismo, aut confirmatione tenuit.

Primo quæritur, An omnes incestus sint eiusdem speciei? varæ sunt opiniones. Prima est asserentium, esse omnes incestus eiusdem speciei. Sic videtur sentire Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. 154. art. 2. ad 2.* Caietanus *ibidem.* Secunda opinio est, omnes incestus esse diuersarum specierum. Tertia opinio est, omnes incestus in cognatione carnali, nimirum in consanguinitate, vel affinitate esse distinctos specie, quia sunt contra pietatem, honorem, & obseruantiam



tiam debitam secundum naturam parentibus, & ceteris sanguine coniunctis, & quia isti sunt incestus veri, & proprii, & ex natura rei constituti, & diuersus honor secundum naturam impenditur personis sanguine propinquis, pro diuersitate graduum, quibus sanguine coniunguntur: sed incestus qui sunt vel in cognatione spirituali, vel legali, & ceteri, qui iure positio humano, sive canonico, sive civili sunt interdicti, non distinguuntur specie, quia non sunt incestus verè, & propriè, sed per legis fictionem tantum, & per metaphoram: non enim sunt consanguineorum, vel affinium abusus: nam per se, & ex natura rei consanguineos, vel affines natura, & matrimonium iure naturali constitutum, non lex humana constituit. Quarta est opinio asserentium, omnes incestus consanguineorum distingui specie ab incestibus affinium: sed incestus consanguineorum inter se, vel affinium inter se non distinguuntur specie, sed solum eos, qui sunt in primo gradu, vel secundo: Ceteros in tertio, & quarto gradu existentes, non distinguunt specie.

Mihi probabilis videtur. *Primo* omnes incestus consanguineorum distingui specie ab incestibus affinium. Secundo incestus consanguineorum non inter se distinguuntur specie pro varietate graduum, nimirum primus, secundus, tertius, & quartus gradus, nimirum inter ascendentes, & descendentes per lineam rectam, quoniam isti gradus solum in hi videntur differre secundum maiorem, aut minorem pietatis consanguineis debite violationem: nec enim puto, pietatem istis consanguineis debitam specie differre, sed secundum maiorem, aut minorem gradum pietatis in eadem specie. Tertio, etiam incestus affinium non distinguuntur specie in primo, & secundo, in tertio, & quarto gradu affinitatis. Quarto, incestus cognationis spiritualis specie distinguuntur, & inter se, & ab incestibus cognationis carnalis, quoniam, vt dicam inferius, non sunt veri incestus, sed tantum iuris fictione. Quinto incestus cognationis legalis differunt ab incestibus aliarum cognationum, non tamen inter se, non enim est in illis tanta diuersitas, vt speciem varientur: nec sunt incestus veri, sed iuris fictione, & constitutione, vt incestus puniuntur, & habentur.

Secundo quaeritur, An incestus affinitatis, qui per fornicationem committuntur in viris, & feminis matrimonio solutis, sint verè, & propriè incestus per se, & ex natura rei, verbi gratia, coitit quis cum matre aliena, & postea cum filia eius, aut coitit cum sorore aliena, & postea cum sorore eius, An isti coitus fornicarij cum affinibus per fornicationem, sint verè, & propriè incestus? In hoc certum est apud omnes, esse incestus quantum ad matrimonium contrahendum: hoc est, si quis polluit aliquam per fornicationem, contrahit affinitatem cum consanguineis eius intra secundum gradum, vt hodie definitum est in Concilio Trident. *vbi supra*, & olim ante Concilium Trid. contrahebat cum consanguineis eius intra quartum gradum, ita vt cum nulla consanguinea eius licite possit matrimonium contrahere, quod si contrahit, matrimonium est irritum.

Sed difficultas est, An sint isti coitus incestuosi punibiles legibus humanis, vt incestus proprii, & veri, an sint tantum incestus per metaphoram, & per solam legis humane fictionem, & constitutionem, & quantum ad matrimonium contrahendum? Duae sunt opiniones. Prima asserentium, non esse legibus humanis punibiles, vt veros incestus. Sic Ancharanus, Hippolytus, Decius, quos citat Bernardus *in suis Praxi criminali, cap. 78.* quia sunt isti incestus introducti lege humana, & affines non lex humana, vt dixi, sed natura constituit: Item, quia potest, & odia sunt restringenda. Opinio secunda est communis, vt ait Bernardus, *vbi supra*, asserens istos coitus non esse verè, & propriè incestus à natura institutos, sed legibus esse introductos, sed esse punibiles, & comprehendi semper in legibus nomine incestus. Hæc opinio est sequenda. Et ita in nomine incestus continentur coitus fornicarij sequentes, vt si quis coeat fornicariè cum matre alie-

na, & postea cum filia eius, aut cum duabus fororibus, aut duabus consobrinis feminis, aut cum aua, & postea neptre eius, aut cum amita, & matertera, & postea cum nepte filia ex patre, vel sorore. Item si quis fornicariè coeat cum ea, quam frater suus, aut pater, aut auus, aut consobrinus antea polluerat per fornicationem.

Tertio quaeritur, An incestus in cognatione spirituali sint verè, & propriè incestus, an verò solà legis humane constitutione?

Respondeo in primis: Certum est apud omnes, istos coitus cum cognatis spiritualibus esse incestus quantum ad matrimonium impediendum, vel dirimendum. *cap. Super eo. Et cap. Martinus. Et cap. Tuus nos. cap. Ex litteris de Cognat. spiritual. Et ibi Canonista. Et Theologi in 4. dist. 42.* Secundo. Certum esse apud omnes, eiusmodi coitus esse incestus quantum ad debitum coniugale impediendum post matrimonium contractum, vt colligitur *ex c. Si vir. de Cognat. spiritual. Et cap. de eo. 30. Quæstion. 2. vt nos infra dicemus capite sequenti.* Tertio. Isti coitus supra nominati non verè, & propriè incestus sunt ex natura rei: patet, quia non sunt consanguineorum, vel affinium abusus, sed legibus humanis instituti sunt: vt consanguineos, vel affines natura, vel matrimonium instituit, non lex humana. Vnde sunt incestus ex legis humane institutione. Quarto. Communis opinio docet, istos coitus esse legibus humanis punibiles penis, quibus puniuntur incestus veri, & proprii. Sic Paulus Grillandus *in Tractat. de penis coitus illiciti, quæst. 3. Et 4.* Hæc opinio est vera, quia lex Canonica prohibet istos coitus speciali lege, & qui sic coeunt scienter, faciunt contra specialem legem Canonicam. Incestus igitur dicitur committi inter eos, qui lege prohibente, matrimonium inter se contrahere non possunt. Sic ait Couat. *vbi supra*.

Quarto quaeritur, An coitus inter cognatos legales sint verè, & propriè, incestus? Respondeo similiter, sicut in præcedenti quaestione. Primo quidem, quod isti coitus dicuntur incestus quo ad impediendum, vel dirimendum matrimonium, *c. Si qua, de Cognat. legali.* & Hugo, Glossa, Panormitanus, Praepositus, & communiter Canonista, & Theologi in 4. dist. 42. vt in capite sequenti dicam. Secundo. Isti coitus non sunt verè, & propriè incestus, sed legibus humanis sunt punibiles, vt incestus veri, & proprii. Tertio, qui coeunt cum cognatis legalibus scienter, faciunt contra specialem legem prohibentem istos coitus. Sic communis opinio.

Quinto quaeritur, An sit incestus, si Presbyter coeat cum femina, cuius confessionem sacramentalem audiuit? quod est quaerere, An sit incestuosus secundum cognationem legalem, Sacerdos carnaliter cognoscens feminam, quam in confessione sacramentali audiuit? Sorus in 4. Dist. 42. quæst. 1. artic. 2. docet non esse incestum, sed esse sacrilegium ex parte sacerdotis agentis contra votum Castitatis sacris Ordinibus annexum: At contra Sorus est id, quod aperte dicitur *c. Omnes. 30. Quæst. 2. Et Glossa ibi, Et cap. fin. 30. quæst. 1.* Item S. Thomas 4. Dist. 42. quæst. 1. art. 2. ad 8. Ricardus in 4. Dist. 42. art. 1. quæst. 2. & Magister in 4. Dist. 42. cap. 2. & Tabien. *in verb. Circumstantia. num. 12. Et verbo Impedimentum. 5. num. 1. Et verbo Sacrilegium. quæst. 2.* & Bernardus Diaz *in Praxi crimi. cap. 76.* videntur docere esse incestum.

In hac re dico non esse incestum; quoniam cognatio spiritualis, quæ impedit matrimonium, solum contrahitur ex duobus Sacramentis, nimirum Baptismo, & Confirmatione; vt est communis opinio. Secundo, *in cap. Omnis. 30. quæst. 1.* dicitur incestus. Sed intelligitur, quod sit incestus iurè, & metaphorice; quia Confessarius appellatur pater spiritualis eorum, quos in Confessione Sacramentali audit; & Penitentes, quorum confessiones à Sacerdote excipiuntur, appellantur filij spirituales. Item appellatur Incestus iurè, quia aliquando sacrilegium appellatur nomine incestus. Tertio. Hoc peccatum est graue, sed intra speciem sacrilegij, nec trahit in malitiam,



incestus, augetur enim malitia sola facti legij in hoc peccato, quia ex eo datur occasio matris, ac patribus uxores ac filias, ab hoc Sacramento retrahendi, & vt rarius ad illud accedant, procurandi, proferunt cum Sacerdotes, ex confessionibus auditis occasionem accipiunt, prouocandi ad libidinem fornicationem, quarum confessiones audire, & ob id alicubi hoc delictum grauius puniri solet.

Sexto queritur, An si Presbyter coeat cum sua parochiana, sit crimen ita qualificatum, vt sit depositione dignum? Abbas, Andreas, Decius, Felinus, & alij à Bernardo citati in sua Praxi criminali Canoni. cap. 76. aiunt esse crimen sic affectum, vt sit dignum depositione. Sic etiam ait Silua Tract. de Benefic. par. 3. qu. 3. ad finem. Ipse tamen Bernardus sentit, non esse crimen depositione dignum, nisi quando Parochiana illa fuerit filia spiritualis illius per Baptismum, vel Confirmationem.

Respondet in primis: Si Presbyter entatus coeat cum filia sua spirituali, hoc est, quam baptizauit, vel quam in Confirmatione, vel Baptismo tenuit, est verè, & proprie Incestus, & hoc est, quod dicere volunt supradicti Auctores. Secundò, non est incestus verè, si coeat cum ea, quae est ex eius Parochia: si tamen eam non baptizauit, aut non fuit ipsius Patrus in baptismo, vel Confirmatione, quia cognatio spiritualis solum contrahitur ex Baptismo, vel Confirmatione. Tertio, Illud crimen non est ita qualificatum, vt dignum sit depositione, nisi quando Parochiana illa fuerit ipsi Presbytero vinculo aliquo cognationis spiritualis coniuncta. Sic Bernardus loco citato, quia alioquin non est Incestus, sed Fornicatio: nisi Parochiana sit virgo, quia tunc erit stuprum; vel sit nupta: nam tunc erit adulterium, quae duo crimina in Clerico, etiam sunt digna depositione.

Septimò queritur, An coitus Presbyteri cum femina soluta habeat in iure rationem incestus? De hoc dixi supra §. 7. ad finem.

Octauò queritur, An in Confessione Sacramentali opus sit, exprimere differentias, & gradus incestuum? Duae sunt opiniones. Prima est asserentium, esse exprimendos gradus primum, & secundum, in consanguinitate, vel affinitate, non tamen esse opus exprimere alios duos gradus, tertium, & quartum, verbi gratia: Si quis coitit cum matre, vel cum sorore propria, vel cum consobrina, hoc est, filia ex fratre suo, vel ex sorore sua, necesse est dicat, se coiuisse cum consanguinea sua in primo gradu, vel in secundo. Item si quis coitit cum locru, vel nuru, vel priuigna, vel nouerca, vel cum sorore sua uxoris, vel consobrina uxoris, necesse est dicere se coiisse cum consanguinea suae uxoris intra primum, vel secundum gradum. Item si quis fornicariè cognouit matrem, & filiam, aut duas sorores, aut duas consobrinas, aut eam feminam, quam antea suus frater fornicariè cognouerat, aut cuius consanguineam intra primum, & secundum gradum, suus frater cognouerat, opus est exprimat in confessione praedicta circumstantiam incestus, non tamen si gradus consanguinitatis, vel affinitatis sit tertij, vel quarti. Sic Corduben. §. 2. de Casibus conscientia.

In hac re, dico in primis, In gradibus consanguinitatis, mihi probabilius est, quod opus sit exprimere primum, secundum, tertium, & quartum gradum, si sunt gradus in recta linea ascendenti, vel descendenti: quia his consanguineis pro diuersitate graduum diuersus honor, & pietas debetur, secundum maiorem, aut minorem reuerentiam debitam consanguineis. Secundò, In gradibus consanguinitatis transversalibus exprimere primum, & secundum gradum est necessarium; exprimere autem tertium, & quartum gradum mihi est admodum probabile, quod sit opus; sed probabile etiam puto non esse opus exprimere, quoniam est opinio aliquorum non esse opus. Tertio, In gradibus affinitatis satis est exprimere primum, & secundum gradum affinitatis: nam per fornicariam copulam nulla affinitas contrahitur post Concil. Tridentin. in tertio, & quarto gradu. Sess. 24. cap. 4. Et licet per copulam coniugalem affinitas contrahatur in tertio, & quarto gradu, non vide-

tur tamen specifica differentia esse inter istos incestus intra secundum gradum, nec videtur adhiberi malitia incestus augeri in tertio, & in quarto gradu, vt sit opus illam exprimere. Sed etiam probabile puto esse, illos exprimere, quando sunt affinitatis gradus contracti per copulam coniugalem. Quarto, in incestibus cognationis spiritualis exprimi debet circumstantia gradus. Quintò, in incestibus cognationis legalis non est necesse exprimere gradum, sed satis est dicere cognationem ipsam legalem.

Nonò queritur, An si Presbyter cognouit feminam, cuius Confessionem Sacramentalem audiuit, sit opus confiteri circumstantiam illam, quod coiterat cum filia sua spirituali, quam in Confessione audiverat? Respondet in primis, superius à me dictum, hanc circumstantiam non facere Incestum, unde non est opus eam confiteri vt incestum. Secundò opus est eam exprimere, quoties fuerit lege aliqua humana prohibita illa circumstantia. Item quoties aliquid damni ex eo coitu, & praeter exemplo patet Sacramentum Penitentiae, vt dixi supra.

Decimò queritur, An coitus cum consanguinea, vel affine contra naturam, hoc est, extra vas naturale, sit Incestus, & an sit opus confiteri illam circumstantiam, nimirum quod coitus contra naturam cum consanguinea, vel affine fuerit perpetratus? De hac quaestione dicam inferius.

Undecimò queritur, An peccatum Sodomiticum inter masculos, vel affines perpetratum, habeat etiam circumstantiam Incestus, & an sit opus, eam confiteri, quod sit commissum inter consanguineos, vel affines, de hoc etiam dicam inferius.

Duodecimò queritur, An coitus Presbyteri cum femina non consanguinea, aut affine sit Incestus? Item an coitus viri cum Monacha, vel Infidei alia, sit Incestus? De his singulis dicam inferius.

### De Penis Incestus.

#### CAPVT X.

**P** R I M O notandum, Incestuosos in Iure Canonico puniri facultate contrahendi Matrimonium, vt docent communiter omnes, cap. Transmissa de eo, qui cognouit consanguineam uxoris. Hoc est, qui Incestum commisit non potest abique dispensatione Matrimonium contrahere.

Primo queritur, An hac poena intelligatur tantum de eo, qui Incestum commisit cum affine sua, seu cum aliqua consanguinea suae uxoris. An etiam de eo, qui commisit Incestum cum aliqua sua propria consanguinea? Duae sunt opiniones. Prima opinio est asserentium, in eligi de utroque hoc est, tam de eo, qui commisit Incestum cum consanguinea propria, quam de eo, qui commisit cum affine. Sic Abbas, & Prepositus, quos citat, & sequitur Nauarrus cap. 22. num. 74. Sic Angelus in verbo Incestus. Atque haec est opinio communis Canonistarum, vt ait Nauarrus, eamque probant ex cap. Si duo 35. quod sit. 6. cap. finali. eadem Causa. quod sit. 8. cap. de Incestibus, eadem Causa, quod sit. 3. cap. Si quis cum duabus. 33. quod sit. 2. cap. Si quis cum matre, & filia. Quod sit. 3. cap. Qui propinquam. 35. quod sit. 3. cap. Si quis Viduam. 32. quod sit. 7. & hanc sententiam sequitur Sotus 4. Distin. 37. quod sit. 1. art. 1. Opinio secunda est asserentium, solum hanc poenam intelligi de Incestuoso cum affine, non de incestuoso, cum propria sua consanguinea. Sic S. Thom. in 4. distin. 34. quod sit. 1. ad finem. & ibi Ricard. 3. part. cap. 16. §. 4. tit. Couar. in Epit. in 4. cap. 6. in princ. num. 40. Castren. lib. 7. de Lege poenalis cap. 7. ad fin. Sylu. in verb. Matrimonium 7. §. vlt. & haec est communis opinio Theologorum.

In hac re dico: quidquid sit de his opinionibus, ex quibus primam puto esse probabiliorum, certum est apud omnes Episcopum dispensare posse cum Incestuoso, vt Matrimonium contrahat, vt docet Nauarrus cap. 22. num. 75. & Palud.



& Palud. & Anton. Immo ait ibidem Nauarrus secundum Paludanum, & Anton. non esse Episcopi dispensationem necessariam, quando est probabilis timor de incontinentia. v. g. si incestuosus est iuuenis, & addit Nauarrus *ibidem*, non esse morem petendi predictam dispensationem. Sic citantur Angelus, Moralus, Rodonensis, & Ioannes, vt citat Syluester *in verb. Matrimonium*, 7. qu. 6. §. 2. licet Archidia. Paludan. Rofel. & Syluest. dicant, non esse validam hanc consuetudinem, & Episcopi dispensationem requiri, nisi quando est probabilis timor incontinentie. Sed non est, cur predicta consuetudo damnetur, vbi fuerit vsu recepta.

Secundo notandum: Incestuosus non potest licite exigere debitum ab vxore, quam habuit, antequam incestum committeret. 27. qu. 12. cap. *Qui dormierit*, & indiget dispensatione, vt iterum sit ei exigere debitum ab vxore, quam quidem dispensationem potest facere Episcopus, vt ait communis opinio.

Secundo queritur, An hæc pena incestus intelligatur tantum de eo, qui perpetravit incestum cum affine, hoc est, cum aliqua sua vxoris consanguinea intra quartum gradum, an vero intelligatur in vniuersum de omni incestuoso, qui commisit incestum cum sua consanguinea propria. Dux sunt opiniones: Prima est asserentium, solum intelligi de incestuoso cum affine. Ita S. Thomas, Ricard. Palud. Anton. Couarr. Castren. Sotus, citati *in questione precedenti* opinio secunda est, intelligi de omni incestuoso, etiam de eo, qui est cum propria sua consanguinea. Sic Abbas, Præposit. Nauar. & est communis opinio Canonistarum, vt ait Nauar. *loco citato*.

In hæc re dico: licet valde probabilis sit opinio Canonistarum, tamen in praxi probabiliter sequi quisque potest sententiam S. Thomæ, & aliorum Theologorum.

Tertio queritur, An cognatio spiritalis matrimonio superueniens impediat vltim conjugalem? Respondeo, quando inducitur hæc cognatio ex causa necessitatis, vel ex ignorantia probabilis, non impedit debitum conjugale, siue in reddendo, siue in petendo: si vero contracta sit extra causam necessitatis, vel ignorantie inculpabilis, tunc impedit eum, cuius culpa inducitur, ne debitum petere possit; debet tamen reddere, vt colligitur *ex cap. Si vir, de cognat. spiritual. cap. de eo, quæst. 1. licet ex his duobus locis colligere communis opinio Theologorum, & Canonistarum S. Thom. 4. dist. 42. Ricard. 5. dist. 42. art. 1. §. 1. Sotus in 4. dist. 42. quæst. 1. artic. 1. Sic Andreas, Anton. Abbas, Præpositus in cap. Si vir, & cap. De eo citatis. Hostien. Gofred. Turrectem. in c. De eo, quæst. 1. Syluester *in verb. Matrimonium*, 8. qu. 7. vers. 2. Nauar. cap. 16. num. 34. Glossa in cap. Nofse, 30. quæst. 1. Licet Durand. 7. dist. 42. quæst. 1. & Glossa in cap. Si vir, & Bernard. & Roden. in eod. cap. Si vir, dicant, id in iure non esse prohibitum Sed vt ait Panorm. in cap. Si vir, rectè colligitur ex his duobus locis citatis, quia in cap. De eo, 30. quæst. 1. dicitur, quod talis vir mortuæ vxore maneat sine spe coniugij, & ei si vir, in fine dicitur, dolus, & fraus non debet ei patrocinari.*

Quarto queritur, An cognatio legalis non solum impedit matrimonium, sed etiam dirimat? Andreas, & Speculator aiunt, solum impedire, non dirimere. Sed communiter Theologi in 4. dist. 42. S. Thomas, Bonauen. Ricard. aiunt dirimere, & communiter Canonistæ. Gloss. Ioan. de Lignano, Panormit. Præposit. *ibid.* Sotus 4. dist. 42. §. 2. art. 2. Syluest. *verb. Matrimonium*, 8. §. 8. Angelus *verb. Matrimonium*, 3. & *verb. Impedimentum*, 8. Nauar. cap. 22. num. 42. Et in cap. Si quis, de Cognat. legalis dicitur: [Nuptiæ consistere non possunt.]

Tertio notandum, quod clericus incestuosus notoritis ipso iure postquam est notoritis, suspensionis penam incurrit, & penam irregularitatis, in qua Episcopus dispensare non potest: quia, vt supra dixi, incestus secundum genus suum, est grauius delictum, quam adulterium, sed ex c. *At si clericus, de iudic.* solum Episcopus potest dispensare in irregularitate procedenti ex notorio adulterio, & pec-

catis minoribus adulterio. An vero coitus Presbyteri cum ea, cuius confessionem audiuit, sit incestus, & crimen grauius adulterio: Item an coitus Presbyteri cum sua parochiana, hoc est, cum sua Parochie femina soluta, quam baptizauit, nec in confessione audiuit, sit maius crimen adulterio: de his dubiis dixi supra in capite sexta.

## De Stupro.

### CAPVT XI.

PRIMO notandum. Stuprum commuiter definitur, quod sit concubitus viri cum femina virgine, quo virginalis carnis integritas corrumpitur, hoc est, quo virginitatis signaculum violatur. Sic Angelus, Syluester, Tabien. Armilla, Caiet. *in summa, in verb. Stuprum*, ex S. Thomæ 2. 2. qu. 154. art. 6.

Secundo notandum: Stuprum aliquando in iure sumitur late, & comprehendit eorum cum vidua honesta, immo etiam adulterium, vt colligitur ex *Inter liberos. §. Lex Julia. & l. Stuprum, ff. Ad legem Iuliam, de Adult.* & notat S. Thomas 2. 2. qu. 154. art. 6. Hic tamen sumitur strictè, & definitur à Gratiano 936. quæstion. 1. cap. *Lex. sic*: [Stuprum est illicita virginitatis oesthoratio non precedente conjugali passionibus] & sic etiam S. Thomas vbi supra, & omnes communiter.

Primo queritur, An sit stuprum omne luxurie peccatum, per quod perditur irrecuperabiliter virtus virginitatis, an solum illud, per quod violatur carnis integritas, aut corporis signaculum? Dux sunt opiniones: Prima asserentium, omne peccatum luxurie, per quod perditur irrecuperabiliter virtus virginitatis, esse stuprum. Sic Martinus quæst. 2. de virginitate. & probat, quoniam alioqui masculus per copulam carnalem perdens suam virginitatem, non diceretur committere speciale peccatum luxurie, si non esset stuprum. Secundo, quia peccata luxurie omnia sunt communia viris, & feminis. Item quia virtus virginitatis est specialis virtus à castitate communi distincta: ergo luxurie peccatum contra virginitatem est speciale peccatum luxurie. Secunda est opinio asserentium, solum illud peccatum luxurie, quo irrecuperabiliter perditur carnis virginalis integritas, & claustrum, esse speciale peccatum stupri. Sic Caietanus *in summa, verbo Stuprum*, Tabien. Armilla *eodem verbo*. Et videtur colligi hæc opinio ex Sancto Thoma 2. 2. qu. 154. art. 6. ex Auctoribus, qui communiter stuprum denuntiant, quod sit virginalis carnis integritas, & signaculi violatio. Hæc opinio est verior, & sequenda.

Secundo queritur, An vir perdens suam virginitatem per primam copulam carnalem illicitam, teneatur exprimere in confessione hanc circumstantiam: prima opinio asserit, quoniam est circumstantia specialis luxurie contra specialem virtutem virginitatis. Item quia per illam copulam amittit aureolam in celo virginibus conferendam, ergo specialem luxuriam committit. Sic Martinus quæst. 2. de virginitate. Idem sentire videtur Sotus in 4. dist. 18. qu. 2. art. 4. Opinio secunda est asserentium, non esse circumstantiam necessariam in confessione exprimendam. Sic Caiet. 2. 2. qu. 154. art. 4. ad dubium secundum, Armilla, Tabien. vbi supra. Nauar. cap. 16. num. 3. Hæc opinio est probabilior, sed probabilis etiam est prima opinio, in praxi tamè opinio secunda est sequenda.

Tertio queritur, Cum femina virgo se polluit voluntariè, aut cum peccat solo mentis affectu, desiderans pollutionem, aut procurans eam, non tamen habens, aut se delectans in pollutione, quæ ei contingit in somno absque culpa, an sit necesse ad confessionem rectè peragendam, exprimere, quod est virgo? Dux sunt opiniones: Prima est asserentium, esse necessarium, quia hæc peccata sunt specialia luxurie peccata, siquidem sunt contra specialem castitatis virtutem, nimirum virginitatem. Item per hæc peccata amittitur aureola glo-



ria Caelestis. Item per haec peccata perditur virginitas pro-  
ut est virtus, licet recuperabiliter per poenitentiam. Ita Mar-  
tinus loco citato. Opinio secunda est, non esse necessarium.  
Et sic Caietan. *vbi supra*. Et videtur haec opinio colligi ex  
Tabiena, Armilla, & Nauarro, *vbi supra*, omnes communi-  
ter docent, haec praedicta peccata non habere rationem  
Stupri, *vt supra diximus*: cum per haec non perdatur carnis  
integritas, ergo non habet specialem rationem Luxuriae.  
Dices; Sed quam peccata Luxuriae sunt ista praedicta?  
Dico, pollutionem voluntariam in virgine femina esse pec-  
catum contra naturam, quod dicitur mollities, & deſide-  
rium efficac habendi pollutionem, aut delectationem in  
pollutione proveniente in somno praeterito; esse eiusdem  
speciei, cuius est illa pollutio voluntaria; & ita esse peccata  
contra naturam, sed interiora.

Quarto quaeritur, An cum femina virgo deliberate de-  
ſiderat, aut statuit copulam carnalem illicitam se habere  
cum aliquo viro, necessario debeat in confessione ex-  
primere, quod est virgo? Item, An cum vir aliquis deliberate  
deſiderat, aut statuit habere se copulam carnalem illi-  
citam cum femina virgine, debeat in confessione dicere,  
quod femina illa a se concupita sit virgo? Sotus loco ci-  
tato ait, non esse speciale peccatum luxuriae, nisi cum  
femina corrumpitur contra voluntatem patris. Sed opi-  
nio communis est, vt infra dicam, stuprum esse speciale  
peccatum luxuriae, quoties femina virgo corrumpitur,  
sive ex consensu ipsius feminae, sive cura eius consen-  
sum. Et ita dum haec opinio sit vera, sequitur ex ea, vt  
praedicta peccata interiora, cum habeant pro obiecto ip-  
sum stuprum exterius virginis, sint eiusdem speciei, cuius  
& exterius stuprum, & sic sunt supra secundum affec-  
tum, & consequenter necessario consistenda circumstantia  
specialis, quod femina concupiscens, aut concupita sit  
virgo.

Quinto quaeritur, An stuprum, vt sit speciale luxuriae  
peccatum, requirat, vt femina integritas carnalis viole-  
tur contra voluntatem patris feminae? an vero satis sit, vt  
violetur quomodocumque per copulam cum femina ha-  
bitam? Sotus 4. distincti. 18. quaeſt. 2. artic. 4. sentit, stu-  
prum non esse speciale peccatum, nisi quando violatur fe-  
minae integritas contra voluntatem ipsius feminae, & pa-  
rentum eius: vnde ait, non esse speciale peccatum, quando  
femina non est sub cura parentum, & violatur eius inte-  
gritas ex consensu ipsius feminae. Item etiam quando est  
sub cura parentum, & violatur femina consentiens suae  
violationi, quia (ait) femina dominium habet suae inte-  
gritatis. Communis tamen opinio est opposita, nimirum,  
quod Stuprum sit speciale peccatum, quoties feminae cor-  
rumpitur integritas, sive sit sub cura parentum, sive non,  
sive sit puella, sive femina proſecta aetatis, sive nuptura  
sit, sive mansura virgo, & nupta; sive violetur consen-  
ſiens, sive non. Et haec opinio colligitur ex Caietano, Ta-  
biensi, Armilla, Nauarro, & Medina in sua Institutione  
Confessorum. cap. 4. §. 18. in fine. Haec opinio est vetior, &  
sequenda. Vnde dico in hac re. Primo, Stuprum non con-  
stitutum speciale peccatum in hoc, quod corrumpatur virgo,  
quae alioqui sit nuptura, aut sit nubilus, aut quae sit sub cu-  
ra parentum. Secundo, Non constituitur speciale peccatum  
ex hoc, quod corrumpatur consentiens, aut dissentiens.  
Tertio, constituitur speciale peccatum ex hoc, quod cor-  
rumpitur in femina integritas carnis, quae est donum, &  
donum quoddam naturale datum ab auctore naturae vna  
cum ipsa natura corporis. Omnia tria haec probantur, quia  
integritas carnis pertinet ad bona naturalia, & inter bona  
naturalia magni sit, & aestimatur, tanquam magnum bonum  
feminae.

Sexto quaeritur, An femina habeat dominium suae in-  
tegritatis virginalis, & corporalis? Sotus *vbi supra*, ait,  
eam habere tale dominium. Caietanus, Medina, Nauar-  
rus, & alij, id videntur negare: quae opinio mihi videtur  
probabilior: quoniam integritas corporis est bonum natu-  
rale ad corporis naturam pertinens, sicut femina non

habet dominium aliorum suorum membrorum, ita nec suae  
integritatis; & ita qui corrumpit virginem consentientem,  
Stuprum facit, licet quantum ad restitutionem non teneatur:  
vt dicemus in septimo praecipio, in Tract. de Restitutione.  
in materia de Delictis.

### De Consecratione Virginum.

#### CAPVT XII.

NOTANDUM feminas virgines multiplice velo  
consecrari Deo: de quibus velis Syluester in verbo  
consecratio. Est enim velum Profecionis, Conſecra-  
tionis, Ordinationis, Praelationis, & Continentiae. Lege Syl-  
uestri *vbi supra*.

Primo quaeritur, An puella corrupta integritate cor-  
poris possit licite velum Conſecrationis accipere, quod so-  
let Episcopus virginibus concedere, & Praelatus Monia-  
libus profectis? Respondeo; Primo; si id constat aliis, non  
potest licite accipere. Sic ait communis omnium opinio,  
quia est Ecclesiastica institutio, vt praedictum velum non  
debet, nisi virginibus. Secundo; licet femina sit corru-  
pta dissentiens, si tamen corruptio constat, non potest li-  
cite consecrari, vt virgo. Ita communis opinio. Difficultas  
consistit. Primo; An tunc in praedictis casibus possit con-  
secrari mutatis caeremoniis, nomine virginitatis mutato in  
nomen Castitatis? Aliqui dicunt, posse. Sed probabilis  
est non posse: quia caeremoniae institutae sunt ab Ecclesia  
pro virginibus; ergo non sunt mutandae absque consensu  
Ecclesiae.

Altera difficultas est; An si femina sit corrupta solum  
mente per peccata luxuriae interiora; nimirum per delecta-  
tiones venereas, aut voluntatis affectus. Insuper, licite  
possit consecrari ab Episcopo, etiam sciente peccata femi-  
nae? Respondeo: eam posse, quia haec Institutio Ecclesiastica  
facta est pro virginibus, quae sunt Virgines corporis inte-  
gritate, non autem pro iis, quae sunt virgines secundum vir-  
tutem virginitatis. Sic Caietan. in Summa, verb. Virginum  
Consecratio. Armilla eod. verbo. Ac dubium est. Quia si tes-  
timonia sit polluta per voluntarias corporis pollutiones oc-  
cultas? Nauarrus cap. 16. num. 3. ait, non posse licite con-  
secrari, quoniam vt supra dixi, communis est opinio, S. Tho-  
mae, Caietani, Soti, Angelij, Syluestri, Tabienſis, Armillae;  
quia virginitas amittitur irrecuperabiliter per voluntariam  
pollutionem. At mihi videtur, quod licet possit consecrari,  
quoniam quae voluntarie est polluta, adhuc retinet sui cor-  
poris integritatem. Item licet communis opinio doceat, per  
voluntariam pollutionem perdit virginitatem irrecuperabi-  
liter, intelligitur de virginitate, vt est virtus; non de ea, quae  
est status corporis integri.

Difficultas tertia consistit in eo, Quidnam dicendum sit  
de puellis, quae sunt corruptae, an sit licitum eas consecrari,  
ob scandalum vitandum, & infamiam earum: nam si non  
consecrantur, incurrit periculum infamiae, cum apud om-  
nes sint habitae virgines, & peccatum earum sit occultum?  
Omnino communis est opinio, eas non licite consecrari.  
Sic Angelus in verbo Consecratio Virginum num. 3. Caietan.  
Armilla *vbi supra*. Tabiena eod. verbo num. 4. Nauar. cap. 16.  
num. 3.

In hac re dico, Primo, Femina carnis corrupta sponte  
sua petens, & procurans velum consecrationis, & acci-  
piens, peccat: quia sponte sua petit, & exigit sibi indebi-  
tum; quod est ab Ecclesia pro virginibus constitutum.  
& hoc est, quod ait communis opinio, quod si periculum  
incurrit infamiae, vel scandali, sibi imputat, si quidem  
sponte sua velum, sibi indebitum procurat. Secundo, Si-  
militer peccant parentes, qui sunt conscij corruptionis,  
quando sponte sua petunt, vel procurant, vel offerunt fi-  
liam; vt velum corruptionis accipiat. Tertio, quan-  
do puella corrupta solum permittit sibi velum consecra-  
tionis dari, & eius corruptio est occulta, non peccat id  
permittere ob vitandum scandalum, & infamiam suam



Probabilem. Sic Syluester videtur sentire ex Paludano *vbi supra*. patet: quia tunc ipsa non petit, aut procurat velum, sed solum permittit sibi dari, nimirum; quia parentes ignari corruptionis procurant, & virgines, aut aliquo modo cogunt, vt fiat monialis, & ea aliter commode se exulare non poterit, nisi delictum suum prodar.

Secundò queritur, An si Prælatus, cuius est velum virginis concedere, sciret occurrere corruptionem puellæ, alioqui occultam, licet possit velum ei concedere publice, cum publice velum petuit? Respondeo, ex Syluestro, & Paludano *vbi supra*, quod tunc non potest licite eam à velo repellere, quia se, veretur magnam scandalum, & infamiam puellæ.

Tertiò queritur, An puella ante, vel post consecrationem occultè corrupta carne, teneatur abstinere ab officiis, quæ secundum morem, & instituta Religionis & dedicata sunt virginibus consecratis? Dico Primò, quoniam sciret potest dispensationem petere ab Episcopo, vel Prælato, vt illa officia rectè exerceat, debet procurare, & petere; in hoc enim potest Episcopus dispensare. Syluest. *vbi supra*. Secundo, dum non potest à Prælato dispensationem habere, & probabile incurrat periculum scdali, aut infamiae, tunc non peccat officia illa faciendo; quia instituta Ecclesiastica non obligant cum tunc detrimunt. Tertiò, quando commode, siue se indolo, & iuuania potest abstinere ab illis officiis, debet abstinere.

Quartò queritur, Qui si remedijs erit, cum passim velint consecrationis inscipiant puellæ, & moniales ante corruptæ occultè? Respondeo, eas peccare, si sponte sua petunt, aut procurant, vt dixi: excusantur tamen si bona fide putant se non peccare in petendo, procurando, & accipiendo; quia putant non esse peccatum, si id petant, procurant, & accipiant occultè. Secundo, si sponte sua non petunt, aut non procurant, aut non accipiunt, sed tantum permittunt sibi dari velum virginum, nè scandalum, aut infamiam incurrant, tunc non peccant, vt dixi *suprà*.

Quintò queritur, Quid remedijs erit adhibendum, iis quæ sunt corruptæ occultè, & passim exercent officia destinata virginibus? Respondeo, in primis, si inuincibiliter ignorant se peccare in exercendo ea officia, & admonitio nostra nihil proderit, aut quia ipse, admonita nihil curabunt, aut quia commode eis remedium adhiberi non potuit sine scandalo, aut sine infamia, relinquenda sunt in bona fide, quam habent. Secundo, si culpabiliter ignorant, tunc admonenda sunt, vt vel dispensationem petant, vel nè se offerant ad illa officia exercenda, nisi iure, aut iuxta Monasterij regulas, & instituta coactæ, vel nisi quando scandalum, aut infamia oriatur ex hoc, quod ipsæ ea officia non faciant.

### De Pænis, quæ ex Stupro incurruntur.

#### CAPVT XIII.

PRIMO notandum ex cap. 1. & cap. 2. de Adulter. Iure Canonico communi, qui virginem seducit, & stuprat, eam teneatur accipere in uxorem, insuper tenetur illam dotare iuxta qualitatem illius, vt dissoluto Matrimonio per mortem viri, habeat illa, vnde possit iterum nubere, aut sustentari. Sed de hac pœna, quoniam pertinet ad materiam restitutionis, agemus in septimo præcepto in Tract. de restitutione proueniens ex delictis.

Secundò notandum: Iure communi Civili stuprator si erat persona honesta, puniebatur olim confiscatione dimidiæ partis bonorum, & relegatione: si vilis persona, verberabatur, & relegabatur, *Instit. de Publicis Iudic. §. 2.*

Tertiò notandum, Clericus virginem deflorans, Iure Canonico deponitur, vt notat Panormit. *In cap. ut si Clericus. Moral. Pars 3.*

*rici de Iudic. & allegat cap. Si quis Clericus dif. 8. & capit. Lator. 1. quæst. 7.* est igitur Stuprum committit à Clerico, delictum depositione dignum, vt docet Bernar. Diaz *in Practica Criminali Canonica. cap. 77.* & Paulus Grillan. *de Pænis omnifariam coitus. c. 7.* Insuper Clericus virginem deflorans, condemnatur ad dotandam eam.

Dubium, An Clericus, qui stuprauit Virginem absque vi, & seductione, sed sua sponte consentientem, mereatur depositionis pœnam? Respondeo, nihilominus mereri; quoniam hæc pœna non solum imponitur propter vim illatam femine, sed propter probationem ipsius delicti, quantumuis voluntarij.

### De Raptu, & Raptoribus.

#### CAPVT XIV.

PRIMO notandum, Raptum esse, quando femina aliqua, vel ipsa reuente, vel parentibus illius, vel illis sub quorum cura est, iniuria, abducat ab aliquo loco ad contrahendum cum illa Matrimonium, vel ad libidinosè vrendum illa. Sic colligitur ex l. 1. c. de Raptu Virginum, & ex l. Raptori, de Episcopis, & Cleric. & ex Iure Canonico. 36. qu. 1. c. Lex illa, & ex S. Thoma 2. 2. qu. 154. & communiter omnes.

Secundò notandum, Raptum esse, si violentia inferatur patri, etiam si non femine. Item si femine, etiam si non patri. Item si violentia inferatur femine, siue viduæ, siue maritæ, siue monialis, vt docet Sanct. Thomas loco citato.

Primò queritur, An sit Raptor, si quis sponsus per verba præsentis temporis, vel futuri rapit sponsam suam ex consensu ipsius sponsæ, iniuria tamen parentibus sponsæ? Respondeo, Iure Civili eum esse raptorem; Iure autem Canonico non esse, vt colligitur ex capitulo, eum causis, de Raptoribus, & docet ibi Panormitan. communiter receptus. Si tamen abducatur consentiens non ad consummandum matrimonium cum ea, sed ad fornicariè vrendum eam, tunc est raptor, etiam in Iure Canonico, vt ait idem Panormitanus communiter receptus.

Secundò queritur: An hodie post Concilium Tridentinum, Raptor sit secundum Ius Canonicum, qui abducat sponsam, cum qua sponsalia per verba futuri temporis contraxit, à domo parentum, etiam si abducat eam consentientem, & ad consummandum cum ea matrimonium? Ratio dubitandi est, quia ex Concilio Tridentino *Sess. 24. cap. 10.* Matrimonia clandestina hodie sunt irrita. Item ex eodem Concilio, *eadem Sess. & cap.* Matrimonium inter raptorem, & raptam est irritum, dum rapta est in potestate raptoris? Respondeo primò; si raptor consensu puellæ abducat sponsam ad celebrandum matrimonium cum ea iuxta circumstantias constitutas à Concilio Tridentino, nimirum præsentem Parocho, aut alio Sacerdote de consensu illius, vel Ordinarij, & præsentibus duobus testibus; tunc non incurrit pœnas raptoris; quia tunc non celebrat matrimonium clandestinum; quod sit prohibutum ab Ecclesia, sed celebrat illud secundum ritum, & morem statutum ab Ecclesia. Secundo; hoc matrimonium sic celebratum, non est irritum in Concilio Tridentino, *Sess. 24. cap. 6.* quia Concilium solum rescindit matrimonium inter raptorem, & raptam, quando rapta est in potestate raptoris contra voluntatem ipsius rapte. Item quando rapta est puella ad celebrandum cum ea matrimonium clandestinum. Item; quando rapta est ad fornicariè vrendum eam.

Tertiò queritur, An sit raptor, qui abducat à domo parentum sponsam suam, cum qua contraxit sponsalia per verba futuri temporis, si abducat eam contra voluntatem ipsius sponsæ, etiam ad consummandum matrimonium cum ea? Respondeo, eum esse raptorem, quia violentiam inferit puellæ, & parentibus eius.



Quartò quaeritur, An sit raptor, qui abducit à domo parentum Puellam, cum qua contraxit matrimonium raptum, non consummatum, si abducatur eam contra voluntatem ipsius Puellae, volentis vti spatio duorum mensium sibi à iure concessio, ante consummationem matrimonij: Dico esse raptorem; quia cum sponsa iure suo utatur, maritus illi violentiam infert ad opprimendum eam.

### De penis Raptorum.

#### CAPVT XV.

PRIMO notandum. Iure civili communi raptorem mulieris honestae, hoc est, quae non impudice viuit, siue mulier, siue virgo, siue vidua, siue coniugata, siue soluta sit, puniri pena mortis. Eadem item pena puniuntur, qui comitantur Raptorem, & qui adiuant eum in ipso delicto raptus. Item peccatur impunè parentibus mulierum raptarum, & consanguineis eorum, & Tutoribus, ac Curatoribus, occidere raptorem, & comites, & adiutores eorum deprehensos in ipso delicto, modo sufficienter constet eis delictum ipsorum. Item si mulier rapta sit ingenua, tam raptor, quam comites eius amittunt omnia bona sua, & applicantur mulieri raptae, aut monasterio: si rapta sit Monialis, dummodo rapta non consentiat in matrimonio cum raptore: quod si consentiat, applicantur Parentibus raptae, quod si illius Parentes consenserint, Fisco. Haec omnia habentur in l. Raptorem. C. de Raptu Virginum. Et Anthen. de Raptu Mulierum. Collat. 9. Et l. Raptorem. C. de Episcopis Et Clericis. Et s. Item Lex Julia. Institutum. de Publico Iudicio. Quando verò raptus est mulieris, quae non viuit honestè, & pudice, tunc iure non est pena constituta, sed raptor arbitraria pena puniatur.

Secundò notandum, Secundum Ius Canonicum Raptor puniatur pena seruitutis: efficitur enim seruis mulieris raptae, cum facultate tamen seipsum redimendi, soluendo pro libertate pretium competentis, quando raptor est mulier contra voluntatem eius: quando verò consensu ipsius mulieris abducitur à domo paterna, sit seruis parentis illius mulieris, cum facultate eum redimendi le pretio competentis dato. cap. de Raptu Virginum. 30. quaestio. 1. Item tam raptor, quam ipsius fautores incidunt in penam excommunicationis non latae, sed ferendae, vt Auctores communiter docent. cap. 1. Et sequentibus eadem causa. Quaestio. 11. & affirmat Syluester verbo Luxuria. quaestio. 6. & Caietanus 2.2. quaestio. 154. articulo. 7. ad tertium dubium.

Tertio notandum, In Concilio Tridentino, Session. 24. cap. 6. sancitum est, vt matrimonium sit irritum inter raptorem, & raptam, interim dum rapta est in potestate raptoris, quousque separetur à potestate illius: & in loco tuto, & libero constituta libere consentiat. Item Concilium ibidem statuit, vt tam raptor, quam fautores eius sint ipso facto excommunicati, & perpetuo infames, & omnium dignitatum incapaces. quod si Clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Item statuit, vt siue raptor cum rapta matrimonium contrahat, siue non, teneatur eam dotare decenter arbitrio Iudicis.

Dubium est, An similiter sponsalia facta inter raptorem, & raptam, interim dum rapta est in potestate raptoris, sint irrita? Responsum est à Cardinalibus deputatis ad respondendum dubiis circa Conc. Tridentina. esse irrita, & inualida.

### De Oppressoribus feminarum.

#### CAPVT XVI.

PRIMO notandum, Differentiam esse inter raptorem mulierum, & Oppressorem pudicitiae eorum. Nam potest esse raptor, qui sit oppressor; & e contra, potest esse oppressor, qui sit raptor. Verbi gratia. Si quis abducatur puellam à domo parentum, ex consensu ipsius puellae ad copulam fornicariam, tunc est raptus sine vi illata pudicitiae ipsius. Item potest esse oppressor, qui sit raptor, vt si quis vi abutatur fornicia in obliquo loco deprehensa sine hoc, quod abducatur eam à domo paterna, vel aliquo loco, vbi sit minima sit. Oppressor igitur est mulieris, qui vim infert pudicitiae eius, abutendo ea ad turpitudinem: Raptor verò est, qui mulierem abducit à domo parentum, vel loco, vbi est, vt vel copulam fornicariam cum ea habeat, vel matrimonium cum ea contrahat.

Secundò notandum, Qui opprimit feminam absque rapto commissio, iure communi civili non puniatur pena mortis, sed pena deportationis, & amissionis omnium bonorum, si sit femina honestè viuens. s. Lex Julia. Institutum. de Publico Iudicio. Si verò non honestè viuat, puniatur arbitraria pena Iudicis.

### De peccatis Luxuriae contra naturam in generali.

#### CAPVT XVII.

PRIMO notandum, quinque in generali dici peccata Luxuriae contra naturam. Primum, quando non seruatur in copula carnali persona debita eiusdem generis, siue speciei, sed est coitus cum bestia, & dicitur Bestialitas. Secundò, quando non seruatur serus, & dicitur Sodomia. Tertio, quando non seruatur debita pars, siue instrumentum ordinatum à natura ad copulam, vt si sit coitus cum femina extra vas debitum. Quarto, quando non seruatur modus debitus à natura praescriptus, vt dicemus infra. Quintò, quando semen emittitur, & pollutur quis. Sancti Thomas 2.2. quaestio. 154. articulo. 11. communiter receptus.

Secundò notandum, Haec peccata dici contra naturam, quia licet omne peccatum sit contra rationem rectam humanam, & proinde contra naturam: haec tamen peccata non solum sunt contra rectam rationem, sed etiam contra ordinem naturalem in bellis constitutum. Caietanus 2.2. quaestio. 154. articulo. 11.

Primo quaeritur, An quinque ista peccata contra naturam, sint specie inter se distincta? Respondeo, esse specie inter se distincta, vt rectè probat Caietanus loco proxime allegato, in responsione ad dubium primum: nam haec quinque peccata specialem, & distinctam malitiam habent contra rectam rationem, vt probat ibidem Caiet.

Secundò quaeritur, An haec quinque peccata specialiter sint in confessione exprimentia? Huius dubij solutio patebit ex quaestione praedicta ex his, quae dicemus de singulis eorum.

Tertio quaeritur, An peccata contra naturam varientur specie ex parte feminae, siue consortis? v. g. coit quis cum cognata, sed coitus est contra naturam extra vas naturale, an sit circumstantia illa, nimirum, quod sit cognata, peccatum contra naturam, varians ita, vt sit necessarium in confessione exprimere, non solum quod fuerit coitus contra naturam extra vas naturale cum femina, sed etiam quod fuerit cum cognata. Item coit masculus cum masculo sodomiam peccat, & est masculus cognatus. An sit exprimentum in confessione, nõ solum, quod fuerit peccatum sodomiam.



Sodomiticum peccatum, sed quod fuerit etiam cum cognato. Similiter copulam habet quis cum Virgine, aut cum Moniali, sed contra naturam, extra vas naturale, an sit expiendum quod erat virgo, an quod erat Monialis. De hac questione inferius dicitur, cum de singulis peccatis contra naturam differetur.

## De Peccato Sodomitico.

## CAPVT XVIII.

**P**RIMO notandum, Sodomiam esse concubium masculi cum masculino, aut feminae cum femina: est enim coitus inter duos non seruato sexu debito. Sancti Thomae secunda secunda quaest. 154. artic. 11. Caietanus ibidem. Syluester in verb. *Luxuria*. quaest. 1. capit. vsus 32. questione septima.

Secundo notandum, Grauitatem huius delicti haberi cap. 7. vsus. & cap. 7. Ingratia, & cap. 7. Adulterij, ead. Causa. & quaest.

Primo quaeritur, An coitus masculi cum femina extra vas naturale, sit eiusdem speciei cum coitu masculi cum masculo? Caietanus secunda secunda quaest. 154. artic. 11. ad dubium quartum & quintum, ait, esse diuersae speciei: quia alia delinquitur contra rationem rectam est non seruari in copula carnali debitum sextum, alia vero est non seruari debitum instrumentum, & partem naturalem seruato sexu. In priori enim peccato sit contra rectam rationem, quando peccatur contra sextum, & contra debitam partem naturalem. In secundo vero solum peccatur contra debitum instrumentum, & partem naturalem.

Secundo quaeritur, An coitus omnes masculi cum masculino sint eiusdem speciei, ita, vt sint omnes Sodomia, & non varientur specie, etiam si sint inter Cognatos, & alias personas? Respondeo, in primis Sodomiam specie variari, si committatur cum masculino vobis Castitatis habente: nam tunc non solum est Sodomia, sed etiam Sodomia sacrilega: quoniam votum Castitatis continet promissionem Deo factam, abstinendi ab omni libidine carnali. Secundo, Sodomiam inter masculos perpetratam specie distingui, si etiam accedat ratio raptus, vel violentiae oppressionis. Verbi gratia, abducit quis a domo paterna puerum, vt eo abutatur, vel coit quis cum masculino, vim illi inferendo, non solum hic coitus est sodomiticus, sed habet etiam aliam speciem adiunctam, nimirum violentiae contra parentes pueri, vel contra voluntatem ipsius. Tertio, Sodomia variatur specie, si perpetratur cum masculino Cognato, intra primum gradum, vel secundum affinitatis, vel consanguinitatis. Verbi gratia, Coit quis sodomitice cum Filio suo, aut cum Fratre suo, tunc non solum est Sodomia, sed habet specialem malitiam contra pietatem, & reuerentiam debitam Cognatis in primo gradu consanguinitatis. Similiter si quis coeat cum filio, aut fratre sua vxoris, aut si coeat quis cum Nepote suo, hoc est aut Filio sui Filij, aut Filio sui Fratris. Haec ex Caietano 2. 2. quaest. 154. artic. 11.

Tertio quaeritur, An praedicti coitus sodomitici inter duos Cognatos perpetrati, sint Incestus? Caietanus, *vbi supra*, ait, non esse Incestus, quoniam Incestus solum sunt, quando committuntur intra vas debitum debiti sextus. Dicendum aliter est, non esse Incestus, quantum ad Matrimonium impediendum, aut dirimendum, & hoc est, quod probat ratio Caietani. Sodomiae tamen incestuosae recte dicuntur, quoniam sunt Sodomiae perpetratae contra pietatem debitam Cognatis, & quoniam sunt abusus luxuriosi inter Cognatos. Dices, isti coitus Sodomitici non sunt speciali Lege postiuua humana prohibiti, quatenus sunt inter Cognatos: at coitus cum femina Cognata intra vas debitum, est prohibitus speciali Lege humana eo ipso, quod est cum Cognata femina? Respondeo, hoc solum probare, quod isti Sodomitici coitus non sunt In-

cestus secundum Legem postiuua humanam, & ita non sunt Incestus quantum ad Matrimonium impediendum, quoniam sunt extraordinariae copulae, non ordinariae: at vero argumentum non probat, quod non sunt prohibiti speciali Lege Iuris naturalis: nam secundum Ius naturale pietas, & reuerentia est debita cognatis, & contra hanc Legem fit, cum est abusus Sodomiticus cognatorum.

Quarto quaeritur, An coitus Sodomitici inter cognatos, qui solum sunt Lege humana postiuua Ecclesiastica, vel Ciuili, addant etiam specialem malitiam, eo quod sint perpetrati cum iis, qui sunt cognati cognatione spiritali, vel legali? Respondeo, non addere: quia nulla est specialis Lex, quae eos coitus cohibeat praeter Legem naturalem in genere prohibentem Sodomiticam peccatum. Verbi gratia: Si quis coeat cum eo, quem baptizauit, vel ex Baptismo leuauit? Item, si quis coeat cum eo, quem in Filium adoptauit, vel arrogauit? Item si quis coeat cum aliquo, & postea coeat cum Fratre illius.

Quinto quaeritur, An coitus Sodomitici inter masculos, qui sunt Cognati inter tertium, vel quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, habeant specialem deformitatem & malitiam, praeter malitiam Sodomiticam? Respondeo, non habere, quoniam vel est gradus affinitatis, vel si est consanguinitatis, est solum inter consanguineos linea collateralis, quoniam hi gradus cognationis solum sunt instituti Iure postiuuo humano ad impediendum Matrimonium. Vnde Iure humano speciali prohibiti sunt in his gradibus concubitus ordinarij, qui sunt seruato sexu debito: non autem sunt specialiter prohibiti, aut Iure naturali, aut Iure postiuuo humano concubitus extraordinarij, qui non impediunt Matrimonium, quales sunt coitus sodomitici. Secundo, etiam si vera sit opinio eorum, qui afferunt Iure naturali esse prohibitum Matrimonium in infinitum inter consanguineos in recta linea existentes, videtur mihi dicendum, coitus sodomiticos inter masculos, qui sunt consanguinei in recta linea ascendentium, & descendentium, esse quidem Sodomias, sed non specie distinctas secundum varietatem graduum, sed omnes esse Sodomias incestuosas: Sodomias quidem, quia sunt coitus inter masculos: Incestuosas quidem, quia sunt contra pietatem debitam Iure naturali istis consanguineis. & hoc arbitror valde probabile.

Sexto quaeritur, An vxoratus Sodomiam perpetrans committat duorum peccatorum malitias, nimirum, vnam, quae est criminis nefandi, alteram, quae adulterij crimen sit? Respondeo, in eo esse duas peccati malitias, quoniam coitus est nefandus, & cum sit in vxorato vxore, eo ipso habet iniuriam iniunctam contra Matrimonium: vnde in confessione est vtraque malitia exprimenda. Dices, iste coitus praeposterus non est adulterium, ergo solum habet malitiam criminis Sodomitici: Dico, id parum referre, si non dicatur adulterium, sed factus est, vt habeat malitiam, & iniuriam contra Matrimonium: nam per Matrimonium, ita vnus coniux tradit alteri coniugi suum corpus, vt iniuria fiat matrimonio, si tradatur alteri, quam coniugi, siue tradatur ad copulam consuetam, siue ad copulam infelicitam, & nefandam.



## De Peccatis Sodomitici criminis.

## CAPVT XIX.

**P**rimo notandum, Crimen Sodomiticum inter masculos perpetratum secundum Ius civile commune puniri poena capitis. *Authentic. Vt non liceat contra naturam. Collat. 6.* & alicubi speciali iure Provincia Sodomite igne extruntur: & alicubi etiam confiscantur eorum bona, vt notat Glossa *cap. cum secundum Leges de Heret. in Sexto.* secundum Ius Canonicum, Sodomita Laicus debet excommunicari, & a cetero fidelium vsque ad condignam satisfactionem, separari. *cap. Clerici, de excess. Pralat.*

Secundo notandum, Clericus Sodomiam perpetrans, Iure communi Canonico depositionis poenam meretur, & in Monasterium detruditur. *cap. Clerici, de excess. Pralat. tor.* & vt ait Bernardus *in sua Pract. Criminali Canonica*, hoc crimen adeo graue est, vt Clericus Sodomita merito condemnari deberet post depositionis poenam, vt Curia Seculari traderetur. Solent tamen Iudices Ecclesiastici eos post depositionem, perpetuis, & obsecris carceribus includere.

Tertio notandum, editam esse Extrauagantem à Pio Quinto, quam habes apud Nauarrum, *cap. 27. num. 249.* vbi sic statuit Papa: [Omnes, & quoscumque Presbyteros, & alios Clericos Seculares, & Regulares cuiuscumque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas, puta Sodomiae, exercentes, omni privilegio Clericali; omni officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico praesentis Canonis auctoritate priuamus. Itaque per Iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati tamen Seculari traduntur.] Haec ibi.

Primo quaeritur, An in hac Extrauaganti sit aliqua poena in Sodomitas Laicos constituta? Respondeo, nullam poenam nouam esse constitutam.

Secundo quaeritur, An Clericus praedictum crimen admittens semel, bis, aut ter, incurrat poenas huius Canonis? Respondeo, non incurrit; quoniam huius Canonis poenae statuantur contra Clericos Sodomiae peccatum exercentes; potè exercentes aliquid, in Iure intelliguntur ij, qui aliquid faciunt frequenti vsu, & continuato, vt ait Nauarrus *cap. 27. num. 250.* ex Bartolo, & Abbate communiter receptis.

Tertio quaeritur, An in hac Extrauaganti comprehendatur Clericus committens copulam contra naturam cum femina extra vas debitum, & ordinarium? Respondeo, minime, quia licet vas sit contra naturam, non est tamen peccatum Sodomiticum: quia Sodomia est concubitus, in quo non seruatur debitus sexus, vt dixi *in §. 14. in principio*, ex S. Thoma, Caietano, & Syluestro.

Quarto quaeritur, An comprehendatur Clericus se polluens cum aliquo masculino, sed non intra vas masculi? Respondeo, minime. Sic Nauarrus, *vbi supra*: quia haec pollutio licet sit contra naturam, non est tamen Sodomiticum peccatum.

Quinto quaeritur, An Clericus Sodomiam exercens ipso facto incurrat huius Extrauagantis poenas, ante omnem Iudicis sententiam? Ratio dubitandi est, quoniam in ea dicitur: [Praesentis Canonis auctoritate priuamus.] Quidam aiunt, praedictum Clericum incurtere ante Iudicis sententiam priuationem omnis Officij, Dignitatis, & Beneficij Ecclesiastici, sed degradationem non nisi post Iudicis sententiam. Nauarrus *loco citato*, in hac re dubius est. Mihi quidem probabilius videtur, poenam degradationis, seu priuationem Clericalis privilegij, non incurri, nisi post Iudicis sententiam, nec eedere Beneficio, Officio, aut Dignitati in foro conscientiae tenetur, nec fructus Beneficij restituere, ante sententiam Iudicis: quoniam Extrauagantis poena, quod sit priuatus ipso facto,

intelligitur, quod per sententiam Iudicis retrotrahatur sententia à die commissi criminis, & quod impetratio Beneficij ab altero obtineri poterit, ac si vacasset Beneficium eius, & quod alteri poterit conferri tanquam vacans, cum primum fuerit condemnatus de crimine per Iudicem.

Sexto quaeritur, An Clericus Sodomita notorius sit suspensus, & irregularis ipso facto? Communis est opinio, quod incurrat irregularitatem, quoniam Sodomia est crimen depositione dignum, & omne crimen depositione dignum, quando est notorium, inducit suspensionem, immo etiam irregularitatem ab Episcopo indispensabilem: quoniam Sodomia est delictum grauius Adulterio; & Episcopus solum potest dispensare in ea irregularitate, quae prouenit ex notorio Adulterio, & aliis criminibus maioribus adulterio, vt dixi *alibi, ex cap. At si Clerici, de Iud.*

Septimo quaeritur, An Clericus Sodomita occultus sit suspensus, ita vt si celebret ante poenitentiam factam, sit irregularis? Respondeo, eum non esse irregularem, quoniam si est occultus, non est suspensus ab homine, vel à Iure, & ita celebrans non fit irregularis. Lege Couarru.

## De Peccato contra naturam cum feminis extra vas ordinarium.

## CAPVT XX.

**P**rimo quaeritur, An peccatum, quod est concubitus cum femina extra vas ordinatum, quod sit eodem modo, quo fit Sodomiticum peccatum cum masculis, sit Sodomia? Couarru. *in Epitome. in 4. part. 2. cap. 7. §. 3. nu. 7.* ait esse verè Sodomiam, & probat *ex cap. Omnes causationes, §. cap. V. §. 27. quae §. 7.* & citat pro se Paulum Cardinallem, & Aleatum. Sed ex S. Thoma *2. 2. q. 154. art. 11.* & Caiet. *ibi*, & Syluestro *in verb. Luxuria, q. 3.* videtur dicendum, quod non fit proprie Sodomia, sed peccatum quidem contra naturam, & specie distinctum à Sodomia, vt §. 14. *suprà* dixi, quoniam in Sodomia non seruatur debitus sexus, est enim peccatum contra debitum sexum: nec Cbizarrius probat bene suam sententiam ex capitulis citatis, vt *ph. 16.* ex eis constat.

Secundo quaeritur, An hoc peccatum contra naturam sit eisdem grauitatis, cuius est Sodomia? Respondeo, non esse, vt probauimus *suprà §. 14.* ex Caietano, & S. Thom. *2. 2. quae §. 154. art. 11.*

Tertio quaeritur, An si coniugatus committat hoc delictum cum aliqua femina soluta, necesse sit exprimat concubinatam, quod sit coniugatus? Respondeo, esse necessarium: quia committit crimen habens duas deformitates contra rectam rationem, vnam criminis nefandi, alteram, quia fit iniuria Matrimonio.

Quarto quaeritur, An poenae quae sunt secundum Leges Civiles, vel Canonicas constitutae contra Sodomitas, intelligantur etiam statutae contra hoc praedictum peccatum? Couarru. *vbi supra* docet, hoc peccatum puniendum esse eisdem proflus poenis legum, quibus punitur Sodomia. Sed mihi magis probatur sententia Aleati, quem *vbi supra* citat Couarruias, asserentis non esse puniendum, quoniam sunt peccata specie distincta, & quoniam, vt *suprà* dixi, grauius peccatum est Sodomia.

Quinto quaeritur, An concubitus masculi extra partem, & vas ordinarium varietur specie secundum diuersitatem feminarum, cum quibus fit? Respondeo, in primis: si fiat cum Moniali, aut cum femina habente votum Castitatis, non solum erit peccatum contra naturam, sed etiam habebit specialem malitiam sacrilegij: quia fit contra personam dedicatam Deo per votum Castitatis. Secundo: si fiat cum Virgine, erit solum peccatum contra naturam, sed non habebit specialem malitiam Supra, quoniam non violatur integritas Virginis. Tertio, si fiat cum femina violenter, vel contra voluntatem Parentum abducta

à domo



à domo eorum, vel contra voluntatem ipsius feminae, tunc non solum est peccatum contra naturam, sed etiam habet specialem malitiam iniuriæ, & violentiæ factæ contra feminam, vel parentes eius.

Quartò, si fiat cum Cognata intra primum, vel secundum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, tunc non solum est peccatum contra naturam, sed habet specialem malitiam, eo quòd sit contra pietatem debitam cognatis. Verbi gratia: Si quis coeat contra naturam extra vras ordinariarum cum Matre sua, vel cum Sorore sua, vel cum Nepote sua: item si quis coeat contra naturam cum Nonerca, vel Soerü, vel Pringna, vel cum Sorore suæ vxoris.

Si roges, an isti concubitus sine licetibus? Dico non esse Inceclus quantum ad Matrimonium, vel eius vsum impediendum. Nam impedimentum Matrimonij ex affinitate proueniens, non nascitur ex copula extraordinaria, sed ex ordinaria, & consueta, vt desinitur in cap. extraordinaria. 33. quæstion. 2. Ch. 3. Sed dici possunt incestuosi, quatenus fiunt contra pietatem debitam cognatis.

Si roges secundò; An si isti coitus fiant contra pietatem debitam cognatis, intra tertium, & quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis, exprimi debeant in Confessione gradus illi, tertius, & quartus? Dico non esse necesse, sicut dixi in simili dubio supra in capitul. 24.

Tertiò rogas, An si tales coitus fiant cum feminis, quæ sunt cognatæ cognitione spiritali; vel legali, quæ sit cognatio tantum mutata iure politico humano ecclesiastico, vel civili, exprimi debeat in Confessione illa cognatio? Dico non esse necesse, vt dixi supra in cap. 24. in simili dubio. Quintò, si fiat iste concubitus contra naturam cum Vxore alterius, tunc non solum est peccatum contra naturam, sed etiam habet specialem malitiam iniuriæ factæ contra maritum eius, quoniam abuitur vxore propria, & præsertim contra voluntatem illius, tunc non solum est peccatum contra naturam, sed habet specialem malitiam iniuriæ factæ contra vxorem propriam, quoniam abuitur eâ, & vxor ius habet diuortium faciendi quantum ad thorum, vt est communis opinio, ob crimen Matris nefandum commissum cum vxore propria, vt docet Couarruias in Epitome part. 2. cap. 7. numer. 6. Quod si fiat cum vxore propria, etiam ex consensu ipsius, est grauius, quàm si fiat inter solutum, & solutam, vt ait Sotus in 4. distinct. 31. quæst. 1. artic. 4. Caietan. 2. 2. quæst. 154. artic. 12. & in Confessione exprimenda est circumstantia, quod fuerit peccatum cum vxore propria commissum.

De peccato contra naturam factò cum femina in vase legitimo, sed indebite.

CAPVT XXI.

**NOTANDVM**, Hoc peccatum committi, quando concubitus est cum debito sexu, nimirum masculi cum femina, & in vase debito, nimirum feminae, sed modo indebito, nimirum si masculus succumbat feminae, & femina supergrediatur; aut si concubitus fiat præposterè, nimirum retro accedendo, aut si sedendo, aut stando: qui modi possunt impedire prolis generationem, & ordinatam feminis effusionem.

Primò quæritur, An sit peccatum mortale, si fiat coitus masculo succumbente feminae, & femina supergrediente? Duæ sunt opiniones; Prima est asserentium esse peccatum mortale, quoniam tunc femina non potest commodè recipere, & retinere semen viri. Sic Paludan. & Henric. quos citat Siluest. verbo Debitum coniugale, quæst. 2. Sic etiam Astenis lib. 8. tit. 9.

Secunda est opinio asserentium, non esse peccatum mor-

Instit. Moral. Paris 3.

tale, sed veniale grauissimum. Sic Siluester verbo Debitum coniugale, quæstione 4. Angelus eodem verbo, numero 25. Rosella, & Caietanus in Summa, verbo Matrimonium, Sotus 4. distinct. 21. quæst. 1. artic. 4. Nauarrus in Manuali, cap. 16. numer. 42. Hæc opinio est probabilior; quoniam, vt omnes communiter docent ex Alberto, & Sancto Thoma; hic modus non impedit prolis generationem; nam in feminis dicitur esse vis naturalis attractiua feminis virilis, & vis naturalis retentiua; sed omnes communiter docent, coniugatos sic peccantes esse grauius oburgandos.

Secundò quæritur; An sit peccatum mortale, quando concubitus est masculi cum femina in vase debito, sed retrò accedendo, aut sedendo, aut stando? Duæ sunt opiniones. Prima est asserentium; esse peccatum mortale; quoniam femina non potest commodè recipere, & retinere semen viri ad generationem prolis. Sic Paludanus Henricus, & Astenis loco citato. Secunda est opinio asserentium, non esse peccatum mortale, immo aliquando nullum esse peccatum; si aliter coniuges coniugalem copulam commodè habere nequeant. Sic tenuit Siluester, Angelus, Rosella, Armilla, Caietanus, Sotus, & Nauarrus, vbi supra. Hæc opinio est verior, & sequenda. Sunt tamen valde reprehendendi coniuges sic peccantes, nisi excusentur aliqua iusta causa.

Tertiò quæritur, An hoc peccatum coniunctum aliis luxuriæ speciebus; transferat eas in aliam speciem luxuriæ, an solum augeat malitiam illarum specierum intra suam speciem? Respondet, illud augere solum; non mutare speciem. Verbi gratia: Si vir coeat cum Cognata sua indebito modo, est Incestus, sed grauior; si coeat cum Mortali indebito modo, est Sacriligium, sed grauius: si coeat cum Meretrice indebito modo, est Fornicatio, sed grauior; si coeat cum Virgine indebito modo, est stuprum, sed grauius: Quæres, an in circumstantia ista modi indebiti exprimenda in Confessione? Dico, non esse necessarium; quoniam iste modus indebitus secundum se, solum est veniale peccatum; vt diximus.

De Bestialitate.

CAPVT XXII.

**PRIMÒ** notandum, coitum hominis cum alio alterius speciei supposito, dici Bestialitatem.

Secundò notandum, secundum leges civiles in quibusdam Prouinciis hoc peccatum puniri hæc pena, quod reus huius criminis vnà cum bestia ipsa igne exuritur, in detestationem, & horrorem tam nefandi delicti.

Primò quæritur, An hoc peccatum sit vnus speciei, an verò distinguatur specie pro diuersitate belluarum, cum quibus est concubitus? Respondet, & rectè quidem cum Caietano in secun. secun. quæst. 154. ar. 1. ad dubium tertium, solum esse vnus speciei; quoniam licet speciei differant belluarum, vnà tamen est rationis turpitudò, nimirum copulam habere cum re alterius speciei.

Secundò quæritur, An coitus cum demone succubo, vel incubo; sit peccatum eiusdem speciei cum bestialitate? Respondet, ex eodem Caietano, vbi supra, esse eiusdem speciei secundum se; quoniam demon licet specie differat secundum esse naturale, vnà tamen est rationis turpitudò, nimirum coitus cum re alterius speciei.

Tertiò quæritur, An in Confessione sit exprimenda circumstantia belluarum, vel rei, cum qua est habita copula? Respondet, satis esse, si in Confessione dicatur, quod fuerit coitus cum re alterius speciei.



## De Pollutione voluntaria.

## CAPVT XXIII.

**P**rimo notandum, Hoc peccatum esse contra rectam rationem; quoniam effunditur semen humanum voluntarie extra copulam matrimonialem, quod tamen est à natura institutum ad conjugalem copulam, vt proles inde legitime nascatur, alatur, & educetur.

Secundo notandum, pollutionem posse contingere, vel in vigilia, vel in nocte in somno.

Primo quaeritur, An pollutiones voluntariae sint eiusdem speciei? Respondeo, esse eandem speciem, si secundum se sumantur; quoniam omnes habent vnam, & eandem deformitatem, & turpitudinem contra rectam rationem, & castitatem. Sic Caietanus *secunda secunda, question. 154. artic. 11.* Nauarrus *cap. 76. numer. 6.* Dixi, secundum se quoniam per accidens ratione alterius peccati adiuncti, possunt esse diuersae speciei. Verbi gratia: Polluit se quis ex delectatione voluntaria, quae delectatur in delectatione copulae, quam desiderat habere cum cognata, vel cum Moniali, vel cum Coniugata, vel cum Puella virgine; tunc illae pollutiones distinguuntur specie ratione circumstantiae adiunctae, nimirum ratione morose delectationis, aut desiderij deliberati circa materiam, & obiecta distincta: at pollutiones, vt pollutiones sunt, specie non differunt. Item, polluit se quis votum Castitatis habens, sit pollutio sacrilega, quoniam sit contra votum Castitatis: nam votum Castitatis includit promissionem abstinendi, ab omni luxuria actu. Polluit item se quisquam in loco Sacro, committit etiam Sacrilegium; quoniam pollutio illa est contra sanctitatem debitam loco Sacro. Item polluit se aliquis coniugatus, illa pollutio non est tantum simplex fornicatio, sed habet adiunctam illam turpitudinem, quae est contra Castitatem conjugalem, & contra Matrimonij bonum: ideo in confessione oportet exprimere has circumstantias annexas pollutioni.

Secundo quaeritur, An pollutiones, quae cum aliquo consorte habentur, distinguantur specie ratione diuersi consortis? Respondeo, omnes pollutiones, vt pollutiones sunt, esse eiusdem speciei, & per accidens distinguuntur specie, quando habentur cum aliquo consorte, quatenus habentur ex desiderio deliberato habendi copulam cum illo, vel quatenus oriuntur ex venereo, & libidinoso tactu consortis, vel quatenus inuitant, & inducunt consortem ad peccatum; quoniam haec omnes circumstantiae pro varietate consortis, specie distinguuntur. Sic Caietanus, & Nauarrus *locis citatis.*

Tertio quaeritur, An pollutio sit peccatum secundum se? Ratio dubitandi est, quoniam aliquando non est peccatum; quia in aliquo casu est indirecte tantum, & non in sua causa prauius. Respondeo, pollutionem voluntariam esse secundum se peccatum; quoniam ex obiecto suo & natura habet turpitudinem contra rectam rationem, nimirum seminis humani effusionem extra copulam conjugalem, cum tamen illud sit à natura institutum ad proles per legitimum Matrimonium generationem. Et quando obijciuntur. In aliquo casu, quando est solum indirecte, & non in causa prauius, non est peccatum, ergo non est secundum se peccatum. Dico argumentum nihil probare, quoniam cum dicitur, est secundum se peccatum, intelligitur, cum omni defectu circumstantiae debita; nam etiam tutum est secundum se malum, & tamen iurari in extrema necessitate est licitum. Item homicidium innocens est secundum se malum, & tamen in bello occidere licet innocentes, iuxta ea, quae diximus supra de bello. Item occidere seipsum, est malum secundum se, & tamen licitum est vitam periculo mortis exponere pro Principe, pro Cognato, pro Amico. Item malum est secundum se, votum, promissionem, iuramentum frangere, & tamen aliquando

est licitum non seruare, quando materia est impeditiva maioris boni. Sic pollutio est mala secundum se, & tamen in aliquo casu non est mala, vt dicemus, quando non deest semper debita circumstantia.

Si roge, quando est mala? Dico: tunc est mala, cum est voluntaria in se, tunc directe, siue formaliter. Item est mala, si sit intenta in aliqua causa, quae sit ex se ordinata ad pollutionem, aut quam aliquis ordinat ad polluendum se.

Quarto quaeritur, An quoties prauidetur secutura pollutio ex aliqua causa, eo ipso sit mala, si causam illam non vitamus, etiam si pollutionem non velimus in se, nec causam illam ordinemus ad hoc; vt pollutio sequatur. Sit exemplum: Audit quis confessiones, aut preparat lectiones, vel conciones contra res turpes, & prauidet secutura in se pollutionem, non tamen eam vult in se, nec in causa; quoniam non audit Confessiones, aut preparat praedicationes, vt se polluat, aut pollutio illa imputetur culpa eo ipso, quod non omittatur Confessiones, vel Conciones, vel praedicationes? Respondeo: Quoties quis Ius habet ad causam, ex qua secutura prauidetur pollutio, non tenetur vitare illam causam, si pollutio impediatur, dummodo non velit pollutionem in se, nec videat probabile periculum consentiendi in ea, nec ordinat illam causam ad pollutionem. Verbi gratia: Audit Parochus Confessiones, aut praeparat conciones, aut is, cuius est officium legere cathedram lectionis, aut disputationem habere, non tenetur ista vitare, quoniam prauidet pollutionem ex istis secutura. Similiter si quis tenetur equitare, aut iter facere equitando, non tenetur desistere, tamen si prauidet pollutionem secutura ex mortu factu ob cursum equi; quoniam quado aliquis efficitur indirecte sequitur ex causa, non imputatur culpa, nisi quando polluitur, & debemus vitare illam causam vt docet S. Thomas *1. 2. quasi 6. art. 3.* At ut habemus audiendi Confessiones, conciones habendi, ergo non tenemur vitare. Quod si non tenemur, ergo pollutio inde secuta non imputatur culpa nobis. Ita Caietanus *Tom. 1. Opuscul. Tractat. 22. Et in Summa. verbo Pollutio.* & Nauarrus *capit. 76. numer. 7.*

Quinto quaeritur, Quid dicendum, quando non habemus ius, vel obligationem ad id, unde prauidetur secutura pollutio, sed tantum est nobis vile illud facere, an tunc imputabitur culpa nobis, si non vitamus, unde prauidetur pollutio secutura? Respondeo, non tenet nos vitare illud, si id est impeditiuum alterius maioris boni. Item si illud est nobis vile, vel noxum nobis illud omittere. Exempli causa; licet quis ex officio non obligetur audire Confessiones, aut conciones habere ad populum, aut praedicationes, aut disputationes, licet tamen facit, etiam si prauidet, & non intendat pollutionem secutura; quoniam aliqui si omitteret ista facere, impediretur bonum aliorum multorum. Item si quis legit, aut disputat, vel audit, vt addiscat aliqua, licet facit, etiam si prauidet, & non intendat pollutionem secutura. Item licet Chirurgus, Barbitor, aut Medicus aspiciat, aut tangit partes fornicatae, quae indigent curatione, & medicina. Similiter qui equitat, aut equitando iter facit, licet non ex officio, sed quia vile sibi est, vel facit secundum morem sui similitum, & equalium, licet facit. Item, qui simplici, & sincero animo aspiciat, aut alloquitur mulierem; quoniam est sibi vile id facere, aut quando ipsa fornicata indiget, aut alius tertius eget, vt alloquatur. Idem dico de eo, qui experitur se ineptum effici, aut probabiliter credidit, se ineptum reddendum, si ab istis, & aliis similibus abstineat ob vitandam pollutionem, quam prauidet ortam inde. Atque idem iudicium est de eo, qui probabiliter, & honesta aliqua causa non abstinet ab istis, & aliis similibus, nimirum ne aditum, & ostium aperiat scrupulosi, & anxii cogitationibus, & dubijs vexantibus mentem; non peccant isti omnes praedicti, licet prauidant pollutionem secutura, dummodo non intendant illam, aut probabile periculum non incurrant consentiendi ei.



Sexto quaeritur, Quid dicendum de coniugatis osculantibus, aut amplexantibus se benevolentiae coniugalis causa, si praevideant inde pollutionem ortam, nec tamen eam intendunt, nec probabile periculum incurunt consentiendi in ea? Respondeo, eos non peccare ad praedictam rationem, quoniam ius habent ad osculandum, & amplexandum se, aut saltem vile est illis mutui amoris signa ostendere: quod verum est, si inter eos coniugium sit iam consummatum, siue matrimonium tantum ratum: nam, ut dicam infra, oscula, & amplexus inter istos sunt liciti. communitate tamen videntur Auctores docere ista inter coniuges esse peccata, quando sunt cum periculo pollutionis inde secuturæ: quod videtur mihi intelligendum, quando illa sunt cum periculo consentiendi pollutioni, non autem quando ista sunt inter coniuges solum mutui amoris, & benevolentiae coniugalis gratia, & pollutio non intenditur, neque est consensus in eam. Et sit honesta causa osculorum, & amplexuum.

Septimo quaeritur, Quid dicendum de eo, qui patitur in se cogitationes rerum turpium, an teneatur eas abijcere eo solum, quod praevideat pollutionem ex eis secuturam, etiam si non intendat illam pollutionem, nec periculum sit consentiendi in eam? Respondeo, idem esse dicendum de cogitationibus, quod dixi de alijs factis, aut rebus, siue causis, ex quibus sequi solet pollutio: nam si ius habemus cogitandi de re turpi, nimirum propter confessiones audiendas, aut conaciones habendas, aut lectiones, aut disputationes, aut ob disendum, aut denique ob aliquam causam vilem, vel honestam, tunc non tenemur repellere eas cogitationes, sed licite cogitamus, & tunc pollutio inde secuta, non est voluntaria, sed solum permissa tempore, quo non tenemur eam evitare, & sic non imputatur nobis culpa.

Octavo quaeritur, In his omnibus quae diximus, an quando non adest nobis aliqua probabilis, vel honesta causa faciendi id, ex quo praevideatur pollutio non intenta secutura, teneamur illud evitare: alioqui si non evitamus, an imputetur nobis culpa pollutio, quae praevideatur secutura, licet nec ea intendatur, nec sit periculum consentiendi in eam? Respondeo, tunc nobis imputari culpam eo solum, quod non evitamus id, unde praevideatur secutura, sicut cum permittit mortem sui ipsius eo tempore, quo potest, & debet eam evitare, si permittit eam absque vlla causa probabilis, & iusta, peccat, & est homicida sui. Si autem permittat eam ex causa aliqua iusta, & honesta, licite facit. Exempli causa, cum permittit se mori, vel occidi pro Rege, vel Principe tuum, vel pro servanda patria, vel amico. Sic etiam cum permittit se quispiam pollui ex aliqua iusta causa, vel honesta, non peccat, quoniam non tenetur causam illam vitare. Si tamen permittit sibi pollutionem accidere absque vlla causa iusta, vel honesta, tunc peccat, & in eo pollutio, quae sequitur ex causa illa praevisa, est voluntaria indirecte, quoniam tunc debet eam causam evitare, cum rationem iustam, vel honestam non habuit ad eam causam.

### De Pollutione nocturna in somno contingenti.

#### CAPVT XXIV.

PRIMO quaeritur, An pollutio nocturna in somno contingens sit peccatum secundum se, vel in se? Respondeo, ex communi opinione, eam non esse peccatum in se, vel secundum se. Ita S. Thom. 2. 2. *quest. 154. art. 3.* & Caiet. *ibid.* & Tom. 1. *Opuscul. tract. 22. Sotus in 4. Diff. 12. q. 1. art. 7.* Maior in 4. *Diff. 9. q. 2.* Nauar. *cap. 16. num. 8.* & communitate omnes volunt dicere, quod pollutio quatenus accidit in somno, non est secundum se, vel in se voluntaria, & ita non est in se peccatum, sed quatenus fuit in causa voluntaria, nimirum in vigilia antecedenti, quoniam tunc in causa, in qua fuit voluntaria, imputatur culpa sicut ca-

terae actiones, quae in somno contingunt, ut sunt voluntariae in causa, possunt esse laudabiles & vituperabiles, licet ut in somno contingunt, laudem, aut vituperationem non habeant. v. g. pollutio nocturna, si fuit ante somnum intenta, vel procurata in aliqua causa ad eam ordinata, vel ex sua natura, vel intentione eius, qui somnum cepit, tunc est mala. Item si in vigilia fuit deliberatum desiderium, ut in somno accideret pollutio: Item si ante somnum non fuit intenta, post somnum vero approbatur, & placet, tunc est etiam mala, ut ait communis opinio, sicut si approbaretur, & placeret alicui homicidium, quod fecit dormiendo, aut perurium, aut mendacium, quod dixit in somno, tunc eo ipso quod approbaretur in vigilia, inciperet culpa imputari.

Secundo quaeritur, Quomodo non pollutio nocturna in somno contingens, cum fuerit ante somnum intenta, incipiat culpa imputari, an quando accidit in somno, an quando in vigilia datur causa, ut in somno proveniat? Ratio dubitandi est, quoniam si quando datur occasio, imputatur culpa: contra est, quia data semel occasione, potest accedere, ut pollutio non accidat impedita alijs ex causis: Item fieri potest, ut is, qui dedit causam, postea resipiscat, antequam dormiat, & doleat, quod causam dederit, & nihilominus in somno pollutio contingat. Respondeo, quod pollutio in somno contingens imputatur culpa secundum affectum, & voluntatem, is enim, qui dedit causam in vigilia, eo ipso, siue eveniat pollutio facta, siue non, reus est pollutionis, non secundum rem, quia nondum est re pollutus, sed secundum affectum, & ita si, antequam dormiat, doleat contritionem habens, tunc pollutio in somno secuta non imputatur culpa, sed sequitur tanquam effectus quidam naturalis, non tamen tanquam effectus male voluntatis, quae per penitentiam mutata resipiscit, & ita ille, qui resipiscit, peccavit secundum affectum, quem habuit pollutionis: sicut si quis projiceret telum ut aliquem occidat, & antequam perveniat telum ad eum, per penitentiam doleat, & resipiscit, tunc mors eius hominis imputatur illi in priori malo affectu occidendi; & reus est homicidij secundum affectum illum malum occidendi, quem habuit, licet postea mors alterius sit secuta ex actu teli tanquam causa naturali, naturaliter summi effectum producente nobis iniuri, aut voluntate nostra mutata.

Tercio quaeritur, An desiderare pollutionem in somno contingentem, ut natura lenetur, vel sanetur, non intendendo pollutionem ipsam, nec aliquid adhibendo, ut pollutio in somno sequatur, sit peccatum? Duae sunt opiniones, Prima asserentium, esse licitum hoc desiderium. Sic Nauar. *cap. 16. num. 7.* & probat multis rationibus. Sic etiam videtur sentire Siluester in *verb. Pollutio*, Angelus *eodem verb. num. 2.* Tabien. *verb. Communicare. s. 28.* & citat Rosellam. Sic Antonin. *par. 2. Tit. 6. cap. 3.* Secunda opinio est aliorum asserentium, non esse licitum. Sic Palud. 4. *Diff. 8. q. 3.* Adrian. 4. *q. 4. de Euchar. Sotus 4. Diff. 12. q. 4. art. 4.* Medina 12. *q. 74. art. 6.* Mihi probabilior videtur haec opinio secunda: quoniam pollutio est mala ex obiecto suo, & natura, ergo sicut non est licitum mihi desiderare, ut occidam alium in somno ob hereditatem consequendam, vel ob salutem, & liberationem alicuius, sic non est mihi licitum desiderare, ut in somno polluar ob salutem, vel ob levamen naturae. Item licitum est mihi desiderare levamen naturae, vel salutem, sicut licitum est desiderare hereditatem, vel victoriam, vel filium, non tamen desiderare mortem alicuius vel bellum iniustum, vel fornicationem, aut adulterium, ut consequar hereditatem, vel victoriam, vel filium. Item quod ex obiecto suo est malum, non desideretur futurum ad dandam eleemosynam, ex his patet solutio ad argumenta Nauarri, quae nihil probant.

Quarto quaeritur, An sit licitum alicui approbare pollutionem praeteritam, quae in somno contingit, & delectatur in ea ob levamen naturae, & salutem corporis? Duae sunt opiniones, Prima asserentium esse licitum. Sic Siluest. Angelus, Antoninus, Tabien. *ubi supra*, & Nauar. supponit



hanc sententiam ut certam, & dicit eam esse S. Thom. 4. Dist. 9. q. 1. art. 4. ad quintum, & Palud. in 4. Dist. 9. q. 3. & Adrian. in 4. q. 4. de Euchar. Opinio secunda est allerentium, non esse licitum. Ita Sotus, & Medina ubi supra.

In hac re dico, hanc secundam opinionem esse probabilem; quoniam pollutio ex natura sua est mala, ergo non licite approbatur ob bonum finem. Item alioqui licitum esset delectari in homicidio facto in somno ob hereditatem inde nobis subsecutam, aut in bello iniusto ignoranter facto ob victoriam inde partam. Item licitum esset delectari in copula incestuosa, vel sacrilega, vel adulterina facta, vel ignoranter, vel in ebrietate ob filium inde subsecutum; quae tamen non sunt allerenda. Item argumentum Nauarri solum probat esse licitum mihi delectari in salute corporis, vel leuamine naturae, & hoc nos etiam concedimus, sicut licite quis delectatur in hereditate, vel victoria, vel filio sibi nato ex adulterio, non tamen licite delectari potest in ipso adulterio, & hoc est quod dicere voluerunt S. Thomas, Palud. & Adrianus.

Quinto quaeritur, An sit peccatum pollutio, quae incipit in somno, & in vigilia pericitur? Respondeo, non esse peccatum, quando illi voluntas non consentit, postquam homo excitatur à somno, & pollutio in somno ea ista continuatur, quia tunc naturaliter continuatur illa pollutio, quae naturaliter incipit in somno. Si tamen homo expergefactus à somno consentit pollutioni, quae continuatur in vigilia, tunc erit peccatum, quoniam pollutio, quae coepit naturaliter, incipit esse voluntaria, cum ei consensus praebet post somnum. Sic communis opinio. Nauar. cap. 16. num. 8.

Sexto quaeritur, Quid dicendum de pollutione, quae incipit in vigilia post somnum in homine recenter excitato in primis; saepe non est mortale peccatum, sed tantum veniale, quoniam saepe in homine sic expergefacto non est plena deliberatio, nec plenum rationis iudicium. Item aliquando accidit, ut huiusmodi pollutio contingat, quia semen in somno decisum est, licet in vigilia erigundatus, continuatur enim tunc effusio seminis cum decisione eius, decisum vero semen difficile impeditur potest, ne emittatur. Sic communis opinio, & Nauar. cap. 16. num. 8.

Septimo quaeritur, An pollutio nocturna, quae ante somnum prauidetur securura in somno, imputetur culpae, si non euitatur id, in quo, & ex quo prauidetur securura? Respondeo, in hoc esse eandem regulam seruandam quam proposuimus supra de causa, in qua, & ex qua securura prauidetur pollutio in vigilia: nam pollutio quando non est intenta, aut voluntaria in se, aut directe, sed solum indirecte, tunc siue sit in vigilia, siue in somno, ideò imputatur culpae, quoniam est voluntaria in alio. Vnde sequitur secundum Caietanum tom. 1. Opuscul. tract. 22. quòd tunc pollutio nocturna prauius in causa, imputatur culpae, si causam eam non vitamus, quam tenemur vitare: quoniam tunc est indirecte voluntaria. Si tamen prauidetur in causa, quam non tenemur vitare, tunc solum erit permilla, non autem voluntaria. Et in hoc est communis opinio. Tota difficultas est, quando non tenemur vitare id, ex quo probabiliter timetur securura pollutio nocturna, an eo solum, ex quo timetur securura. Dico in primis. Non obligamur abstinere ab eo, ad quod ius aliquod, vel aliquam causam honestam, & vtilem nobis, vel alijs habemus. Exempli gratia, non tenemur abstinere à cibo, & potu, vel à tali genere cibi, & potus, licet videamus probabiliter secururam pollutionem nocturnam, si eo cibo, vel potu indigemus, vel si ille cibus, & potus nobis est vilis, vel si eo cibo, & potu vitamur secundum morem patriae, vel aliorum, cum quibus epulamur. Item non obligamur iacere sic, vel sic in lecto, vel non iacere, licet videamus pollutionem nocturnam secururam ex tali corporis situ, si eo indigemus, vel si ille situs est nobis vilis, vel si eo vitamur bona fide, & animo, quoniam ceteri sic dormiunt, vel iacent in lecto, vel eo vitamur, ne aperiamus locum scrupulis, & anxijis cogitationibus

mentis. Item non tenemur à lecto surgere, vel à maiori somno eo tempore abstinere, si id facimus ex aliqua praedicta causa. Haec colliguntur ex Soto, Caietano, Nauarro, & alijs ubi supra.

Deinde, si nulla adesset iusta causa, aut utilitas, aut honestas ad faciendum id, unde securura probabiliter prauidetur nocturna pollutio, tunc mihi videtur, quòd imputatur culpae, nisi euitemus id, unde probabiliter securura prauidetur, quoniam pollutio in suo obiecto mala est, ergo est peccatum, quòd est indirecte voluntaria; sed in casu praedicto esset voluntaria indirecte, quoniam possumus, & debemus vitare illam causam, cum prauidemus illam pollutionem secururam ex ea. Item, quoniam eadem ratione imputantur culpae mala, quae prauidetur futura in ebrietate, aut in somno, si non euitatur causa, ad quam nullum ius habemus. Dices; pollutio secundum se non est mala. Dico, esse secundum se malam, hoc est malam ex suo obiecto, licet quando indirecte solum sequitur, desinat esse mala, si non tenemur eam euitare, euitando id, unde securura est sed mala non desinit esse, si nullum ius habemus faciendi id, unde creditur securura, sicut supra diximus, & probauimus exemplis.

Octauo quaeritur, An pollutio nocturna imputetur culpae, quòd sequitur ex aliqua causa antecedenti, in qua peccauimus? In hac re videntur esse duae opiniones. Prima allerentium, omnem pollutionem prauiuentem ex causa aliqua venialiter mala, esse culpam venialem; prauiuentem vero ex causa mortaliter mala, esse mortalem culpam. Ita videtur sentire Sotus in 4. Dist. 12. q. 1. art. 7. Ledesina in 4. par. 1. q. 21. art. 7. Corduben De ignorantia lib. 2. q. 13. in fine. Et hinc sententiae videntur accedere S. Thomas 3. par. 9. 60. art. 7. & veteres Theologi in 4. Dist. 9. & Dist. 12. Bonauent. Richard. Alex. Albert.

Opinio secunda est allerentium, non semper esse peccatum, licet fuerit peccatum in causa antecedenti. Sic Palud. in 4. Dist. 9. 3. Maior in 4. Dist. 9. par. 2. Nauar. cap. 16. num. 8. Respondeo, Primo, quòd nocturna pollutio non est prauius in causa antecedenti, nec potuit praedideri, tunc licet peccatum sit in causa, non ideò pollutio est peccatum, & hoc est quod voluit secunda opinio, & in hoc non puto dicturos oppositum Auctores primae opinionis, v. g. peccant quis in dormiendo, nimirum quia plus, quam par est, dormiunt, aut quia contra superioris praecceptum dormiunt, dormiendo pollutur, non ideò peccatum est pollutio, si prauius non fuit directe, aut indirecte. Item peccauit quis comedendo, vel quia comedit contra praecceptum superioris, aut plus iusto, & non prauidetur pollutionem secururam in somno, & tamen ex cibo securura est, non ideò peccatum est pollutio; quoniam pollutio nocturna, ut sit peccatum, debet esse intenta vel secundum se, vel in alio, at in praedicto casu non est vilo modo intenta, quoniam nullo modo est prauius, ergo non est peccatum. Item quoniam talis pollutio sequitur ut effectus naturalis ex causis, non ut voluntarius aliquo modo, siquidem non est prauius talis effectus. Secundo quando pollutio nocturna prauidetur securura ex causa, tunc talis est culpa in pollutione, qualis est in causa, & hoc est, quòd dicere voluit prima opinio, & in hoc credo non contradicuros Auctores secundae opinionis, quoniam tunc cum prauidetur in causa, & causa sit culpabilis, tenemur eam causam vitare, quòd si non facimus, tunc non solum peccamus in ea, quòd causam illam non vitamus, sed etiam illa pollutio, quae ex causa illa securura prauidetur, nobis culpae imputatur. Quares, quò modo verum sit, quòd ait prima opinio, quòd pollutio nocturna est peccatum mortale, quando fuit causa eius peccatum mortale, & quòd tunc est veniale peccatum, quando in causa eius fuit solum veniale peccatum? Respondeo, hoc quòd ait prima opinio, veritatem habere iuxta id, quòd dixi, nimirum, si pollutio nocturna fuit in causa prauius, perfecta quadam, & deliberata plena prauiusione, tunc pollutio nocturna est peccatum mortale: quoniam in causa fuit peccatum mortale, nempe perfecta, & plena deliberata prauiusio.



Si verò pollutio fuit in causa prauis, prauisione quadam imperfecta, & non plene deliberata, tunc pollutio nocturna est peccatum veniale, quoniam in causa, ubi fuit prauis, & consequenter intenta, solum fuit veniale peccatum.

Nono queritur, An maritus, qui incipit actum copulae cum vxore ante complementum coitus, licite possit se subtrahere à coitu, ne seminet, & ne proles concipiatur? Dux sunt opiniones, Prima asserentium, posse maritum licite id facere, dummodo id quoque velit vxor, & dummodo non sit probabile periculum in se, vel in vxore effundendi semen extra vas femininum naturale, altera enim harum conditionum deficiente, nō esse licitum, sed potius peccatum mortale. Sic sequitur Palud. in 4. Dist. 9. quæst. 2. & hoc sentit probabile Angelus verb. *Debitum conjugale num. 7.* Armill. eod. verb. num. 9. præsertim cum id sit rationabili aliqua causa, nimirum quoniam maritus est pauper, nec potest multos filios alere commode, & ita nollet plures filios generare, ac ne plures generet, inchoatum coitum relinquit, non enim tunc maritus tenetur inceptum actum coitus complere vice ad femininam, petente vxore, ut compleat. Secunda est opinio asserentium, esse peccatum mortale inchoatum coitum relinquere. Sic Rosell. & Siluest. verb. *Debitum conjugale q. 7.* & probant ex cap. *Aliquando 32. quæst. 2.* sed illud caput solum loquitur de procurante abortum, vel adhibente venena sterilitatis, & de effundente semen extra vas vxoris naturale.

In hac re dico, Primo, certum est apud omnes esse mortale peccatum, inchoatum coitum relinquere non consentiente vxore: secundo etiam citra periculum effundendi semen videtur peccatum, relinquere femininam per se loquendo, quoniam coitus in coniugibus est ordinatus à natura ad proles generationem, ergo contra naturam est, coitum impedire, proles generationem. Dices, & licitum est coniugibus coire ad vitandam fornicationem, ut est communis opinio Doctorum. Item licitum est coire ad reddendam debitum coniugi, ergo non obligatur coniux consummare coitum per femininam, ad proles generationem. Respondet, licitum esse quod assumitur in argumento: sed non licet inde colligere, quod licitum sit coniugi inchoatum coitum relinquere impediendo generationem proles, & impedire, id est, relinquere coitum, ne seminet.

Tertio, ob iustam aliquam causam potest conjugalis coitus inceptus relinqui ante femininam, nimirum si sit periculum vite graue superueniens, postquam inceptus est coitus, aut si commode compleri non potest ob vrgentem aliquam causam superuenientem. Sequitur ex dictis, minus esse licitum vxori, si statim post coitum procuret semen emittere, ne filios concipiat, quoniam est contra naturam, hoc enim esset procurare, ut naturalis ad prolem institutus ordo, & cursus impediatur.

### De oculis, amplexibus, & tactibus libidinosis.

#### CAPVT XXV.

**P**rimo notandum, tactus inter feminam, & marem alios impudicos, & libidinosis ex suo obiecto, alios ex intentione ventis illis ex eo, quod ordinat eos tactus ad luxuriam. Tactus impudici ex suo obiecto sunt, qui sunt in ijs partibus, quas natura instituit ad prolem generandam: Ceteri verò tactus possunt esse impudici ex mala intentione, vel abusu ventis illis tactibus, ut si ordinat eos ad libidinem, vel vitur eis ex animo libidinoso, & impudico. Hæc est eorum omnium sententia, & infra apparebit.

Secundo notandum, certum esse apud omnes Auctores, tactus eos, qui sunt impudici ex sua natura, vel qui sunt libidinosi ob libidinofam intentionem, & animum tangentis, esse peccata mortalia ex se, vel ob malam intentionem, & hoc patet, quoniam sunt luxuriosi tactus, vel ex obiecto, & natura, vel ex intentione hominis tangentis.

Tertio notandum, certum esse apud omnes, oscula, & amplexus, & alios tactus, qui nō sunt libidinosi ex obiecto, & natura sua, non esse peccatum secundum se. Sic S. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 4. communiter receptus, quoniam hæc omnia possunt esse inter homines, ut signa mutue benevolentie, familiaritatis, cognationis, amicitie, pacis, & debiti obsequij secundum patriæ, & provincie consuetudinem, & tunc sunt licita, & honesta. Tota difficultas in eo consistit, An hæc prædicta, cum sunt solum ob delectationem sensus, quæ percipitur ex tactu in osculando, amplexando, vel tangendo absque alio fine, & animo luxurie, siue libidinis, sint libidinosæ, & eo ipso peccata mortalia, an verò sint solum peccata, & libidinosæ, eo quod fiant ex intentione hominis ordinatis illa ad aliquam luxurie speciem? Dux sunt opiniones, vna est asserentium, non esse libidinosæ, aut peccata, nisi ob intentionem ordinantis ea ad libidinem, aut ob probabile periculum consentiendi in aliquo coitu, vel cogitatione, vel delectatione luxuriosa, vel ob probabile periculum incidendi in aliquam voluntariam pollutionem. Sic Martin. q. 2. de Temperantia.

Altera est opinio asserentium, ista esse libidinosæ, & eo ipso peccata, eo solum, quod fiant ob delectationem, quæ percipitur tactu absque vlla alia intentione luxurie, & etiam absque periculo incurrendi in pollutionem, voluntariam. Ita Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. Sotus 4. Dist. 24. q. 1. art. 2. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 1. Tabien. verb. *Osculum, & cogitatio morosa tit. 8.* Armilla verb. *Osculum, & Impudicitia num. 1.* Siluest. verb. *Delectatio q. 5.*

Hæc opinio est vera, & sequenda, quoniam contra naturam est vti illis tactibus solum propter delectationem, quæ percipitur sensu: nam istam delectationem natura instituit, ut medium ordinatum ad proles generationem, ut facilius esset coitus ad legitimam prolem procreandam.

Obijcies: Delectatio est bona, vel mala quatenus bonam, vel malam operationem sequitur, quoniam delectatio semper est comes alicuius operationis: at oscula, amplexus, & tactus secundum se sunt indifferentia, ergo delectatio, quæ sequitur ex eis, erit indifferens, & secundum se, & bona, & mala pro bona, & mala intentione hominis? Respondet Caietanus, oscula, amplexus, & tactus secundum se esse indifferentia, at verò si fiant ob solam delectationem, quæ sensu percipitur, esse libidinosæ, & consequenter peccata. Certe hoc dictum Caietani videtur seuerius, quamuis Caiet. putet se loqui iuxta sensum, & mentem S. Thom. qu. 154. art. 4. Ego dicerem, oscula, amplexus, & tactus, tunc esse libidinosæ, & consequenter peccata mortalia secundum se, quando fiunt ob delectationem capiendam ex eis, qualis capi solet anteedens, vel comitans, vel consequens copulam. Et hoc est fortassis, quod loco citato dicere voluit S. Thomas, & sic intelligit, & explicat eum Natur. de Penit.

Primo queritur, An colloqui cum femina, aspicere illam pulchram, audire sermones, qui de feminis referuntur, ut pulchra sunt, si ista fiant ob solam delectationem quæ sensu percipitur, nimirum audiendo, colloquendo, aspiciendo absque vlla alia intentione libidinis, & sine vilo periculo voluntariae pollutionis, aut alterius luxurie, sint peccata; an verò sint licita, & solum sint peccata luxurie ob intentionem malam, vel periculum consensus in peccatum libidinis? Caiet. in *summa verb. Impudicitia*, & Armill. eod. verb. num. 1. aiunt, esse diuersam rationem de visu, auditu, & verbo, atque de tactu, quoniam, inquit, visus, auditus, & verba non sunt à natura ordinata ad coitum; & ideo aspectus, auditus, & colloquia de feminis ob solam delectationem, quæ percipitur audiendo, colloquendo, aspiciendo, non sunt peccata, si non adsit vel mala intentio, vel probabile periculum incidendi in aliquam luxuriam: at oscula, amplexus, & tactus natura instituit ad coitum, & ideo illicita sunt, nisi fiant propter coitum conjugalem, aut ob alium bonum finem. Probabilis est opinio ista. Sed est aduertendum, esse aliquos aspectus impeditos ex se, nimirum si quis aspiciat pudenda, vel



da, vel partes vicinas: Et isti aspectus illiciti sunt, etiam si fiant ob solam delectationem quæ sensum sequitur aspicendo.

Secundo queritur, An oscula, amplexus, & tactus inter coniuges absque vilo coitu coniugali, & absque vlla cogitatione copule, sed solum simpliciter ob delectationem sensus in oculis, amplexibus, & tactibus absque vilo periculo voluntariæ pollutionis, liciti sint? Respondeo, esse licitos. Ita Caiet. Sotus, Siluest. Tabien. Armill. *ubi supra*, & Nauar. *cap. 16. num. 12.* nam eo ipso, quod fiant inter eos, simpliciter absque vlla mala intentione, sunt simplicitate ex officio, obsequio, & amore coniugali. Item fiant vt beneuolentiæ, & amoris coniugalis signa, causæ, & effectus.

Tertio queritur, An ista sint licita simili modo inter sponsos? Notandum est, posse nos loqui de sponsis, vel inter quos fuerunt sponsalia per verba futuri temporis contracta, vel per verba presentis temporis. Si loquamur de sponsis, quæ sunt per verba presentis temporis, communis est sententia, licita esse predicta inter eos, quoniam sunt verè coniuges. Sic Caiet. Armill. Sot. Tabien. Siluest. Nauar. *locis citatis*. Si loquamur de sponsis, qui sunt tantum per verba futuri temporis, maius est dubium. Sed nihilominus dicendum est, inter eos istiusmodi, quæ diximus oscula, amplexus, & tactus non libidinosos, esse licitos. Hoc aperte de his facit Caiet. Tabien. Nauar. *ubi supra*. Et ratio est, quoniam ista inter eos sunt signa amoris confirmatoria sponsalium contractuum.

Quarto queritur, Quid dicendum de femina, quæ certo nouit se tangi ab aliquo iuvene libidinoso ex mala intentione, ipsa tamen tangit eum secundum motem patriæ in signum beneuolentiæ, vel familiaritatis, vel cognationis, an tunc teneatur resistere, & non permittere, vt ille alius talis iuuenis osculetur, amplexetur, aut tangat, sed illum repellere, vel se subtrahere? Respondeo in primis, si tactus sint ex se impudici, teneatur resistere ne tangatur, etiam si id fiat in loco secreto, hoc certum est apud omnes. Secundo, si tactus sunt non secundum se impudici, & sunt secundum morem patriæ in signum beneuolentiæ, vel cognationis, vel alterius rei honestæ, tunc si sint in publico coram alijs, non tenetur resistere, aut se subtrahere, aut illum repellere, quoniam esset peccatum alterius prodere, aut scandalum præbere alijs mali aliquid suspicandi. Item quoniam femina iure suo vitur osculando, amplexando, vel tangendo alium ex more patriæ in signum beneuolentiæ communis, & ille alius sibi imputet, siquidem malo animo abutitur signis consuetis. Sic Caietanus, Siluest. Tabien. Armill. *locis supra citatis*. Sed præter hæc dico, Tertio, si ista in secreto fierent, & posset femina commode, vel illum repellere, vel se subtrahere, tunc teneatur ad se subtrahendum, vel illum repellendum, si ille alius peccat ex passione humana, quoniam tenemur, quamdiu possumus, peccatum proximi deuitare. Hæc colliguntur ex Siluestro, Tabiente, Armilla, *ubi supra*.

Quinto queritur, An oscula, complexus, & tactus, quando peccata sunt, eo quod sint libidinosi, sint distinctæ speciei pro varietate specificæ distinctæ personarum inter quas fiunt, v.g. si fiant cum Monialibus, aut à persona habente volum castitatis, an sint sacrilegia: si fiant cum cognatis, an sint incestus: si fiant cum coniugatis, an sint adulteria? Communis est sententia, esse distinctæ speciei pro varietate personarum. Sic Caietanus, Tabien. Armilla, Nauar. *ubi supra*.

In hac re dico, Primo, certum est apud omnes, quando illa fiunt ex intentione libidinis, aut cum periculo incidendi in libidinem, variati speciei pro varietate ipsius libidinis, quæ est materia, & obiectum ipsius malæ intentionis. Totum dubium consistit in eo, quidnam sit dicendum, quando ista fiunt ob solam delectationem tactus, quæ percipitur osculando, amplexando, tangendo absque vlla mala intentione, aut periculo libidinis. Dico secundo, tunc etiam ista distinguuntur speciei pro varietate personarum, quoniam reducuntur ad eandem speciem, eo quod sint luxu-

ria, & libidines quædam inchoatæ, quæ ex se tendunt ad luxuriam, & libidinem consummatam.

### De Choreis publicis inter mares, & feminas.

#### CAPVT XXVI.

PRIMO notandum, In nuptijs & diebus festis, & alijs publicæ lætitiæ ludis consueuerunt choreæ, in quibus quoniam communiter iuvenes solent puellas manu ducere, & digitos stringunt, & puellæ vna cum eis choreas agere, Dubitatum est inter Auctores, an istæ choreæ sint licitæ, & an licite permittantur in populis, an v. penitus tollendæ, eo quod occasiones præbeant multorum peccatorum.

Secundo notandum, Choreas istas etiam si dicantur licitæ, vitari, & male fieri multis modis. Primo, ratione loci prohibiti, vt si fiunt in locis sacris. Secundo, ratione temporis, vt si fiant tempore, quo Missarum sacra celebrantur, & impediunt officia diuina. Tertio, ratione personarum, vt si exerceantur à clericis, qui iure communi canonico arcentur ab istis choreis: quod ius renouatum est hodie in Concilio Tridentino, *Sess. 22. cap. 10. Et Sess. 24. cap. 12.* Quarto ratione modi, vt si fiant modo impudico, & lasciuo. Quinto, ratione patriæ intentionis, vt si fiant ex animo libidinoso. Lege Suetrium, Angelum, Tabientem, Armillam, Caietanum *in verb. Choreæ*.

Primo queritur, An Choreæ sint damnandæ vt peccata mortalia? Respondeo ex communi opinione omnium, quos iam retuli, non esse damnandas vt peccata mortalia: quoniam ex se illicitæ non sunt, sed tantum ex mala intentione, aut abusu, aut ex probabili periculo libidinis in aliquo, aut ex aliqua alia circumstantia.

Secundo queritur, An iure prohiberi possint rustici choreis in diebus festis consuetis? Aliqui auctores, id licite posse. Caiet. *ubi supra* ait, imprudenter prohiberi illud: quoniam si rustici à choreis arcantur, otio vacabunt, & alia peiora facient. Item quoniam ista non sunt ex se mortalia peccata. Item sunt signa publicæ lætitiæ, & consuetæ fieri, ergo imprudenter prohibentur. Item pro more fiunt, & solum illic ea fiunt ex abusu malè eis ventium. Item cum publicè coram omnibus fiant magna ex parte tollitur occasio libidinis. Item hinc patere solet aditus ad matrimonium contrahenda: nam conuolari solet beneuolentiæ inter aliquos iuvenes, & puellas, ex qua deinde contrahitur inter eos coniugium.

In hac re dico, non esse prohibendos huiusmodi rusticos à choreis, ita vt condemnentur, tanquam committentes peccata mortalia, iure tamen posse, & debere moneri, vt in his choreis, & alijs ludis similibus sibi caueant ab omni periculo, & occasione libidinis.

Tertio queritur, An in istis choreis prohiberi debeat modus, quo feminæ prodeunt nudis pectonibus, & eleganter ornate, qui quidem mos, & consuetudo, nonnullis in prouincijs Christianorum inoleuit? Respondeo, in his tollendum esse abusum, & non facile consuetudinem condemnandam: nam pro more patriæ, & prouinciæ, quod ab ubi lasciuæ, & impudicæ fieri iudicatur, aut non sit lasciuæ, sed licitæ, & honestæ, vt ait Siluester *ubi supra*.

### De Sacrilegio.

#### CAPVT XXVII.

PRIMO notandum, hic non agi de sacrilegio in genere, vt est peccatum contra virtutem moralem, quæ dicitur Religio: sed agimus hic de sacrilegio determinato, vt reperitur tantum in materia luxuriæ, hoc est agimus de luxuria, vt est sacrilegia, quæ præter deformitatem, quam habet contra castitatem, habet etiam deformitatem aliam contra virtutem, quæ est, & dicitur religio.



Secundo notandum, Gratianum 36. *quæst. 1. c. Sex illis*, solum enumerare sex species luxurie, inter quas non ponit sacrilegium. Sic similiter S. Thomas 2. 2. *quæst. 14. art. 1.* non numerat inter species luxurie sacrilegium. Et tamen postea eadem *quæst. art. 10.* docet sacrilegium esse speciem luxurie. Vbi Caiet. dubia quedam proponit, & soluit, vt S. Thomas doctrinam tueatur. Tu lege illum si placet, nos vero. *si sequenti tract. bimus eas dubitationes.*

Primo quaeritur, An sacrilegium sit species luxurie, vt contenta sub luxuria, tanquam species sub genere superiori cuiusdam rationis; an vero potius contenta sub luxuria tanquam sub genere alterius rationis? Respondeo esse speciem luxurie secundo modo, non primo: nam castitas, & religio sunt duæ virtutes omnino diuersi generis, & rationis; ac ita peccata quæ sunt contra castitatem, nimirum peccata luxurie, & peccata contra religionem, nimirum sacrilegia, sunt diuersi generis, & rationis. Quare sicut peccatum luxurie sit sacrilegium ratione circumstantiæ alterius generis, puta ratione personæ facti, ita sacrilegium sit carnale, & luxuriosum ratione alterius circumstantiæ, scilicet ratione materie, in qua fit, hoc est, ratione libidinis, in qua peccatur. Nam contra religionem peccare quis potest in peccato iniustitiæ, vt in furto, in homicidio, in ira, & in luxuria; & sicut furum, & sacrilegium sese determinant in diuerso genere peccatorum sic luxuria, & sacrilegium sese determinant in diuerso genere peccati. Et ita intelligitur S. Thomas 2. 2. *quæst. 14. art. 10. ad primum, secundum, & tertium.*

Secundo quaeritur, Quot modis committi soleat sacrilegium in materia luxurie? Respondeo duobus modis. Primo, ratione personæ, vt cum quis sine vi siue femina luxuriam committit, habens votum castitatis emissum: nam tunc agit contra sanctitatem personæ debitam vt præcepti specialis, quod illa persona habet seruandam castitatem. Item cum quis coitum habet cum aliquo, qui habet votum castitatis. Secundo modo, si sacrilegium ratione loci facti, in quo luxuria peccatum committitur: nam tunc agit contra sanctitatem debitam loco sacro ex præcepto speciali.

Tertio quaeritur, An in luxuria reperitur sacrilegium ratione temporis facti? Quod est quaerere, an luxuria commissa in diebus festis, & Dominicis, sit specialiter sacrilegium? Hoc dubium pendet ex alio dubio, quod in genere de sacrilegio tractauimus supra in primo Præcepto Decalogi, nimirum, an sicut est sacrilegium speciale peccatum ratione loci, sit etiam sacrilegium speciale peccatum ratione temporis facti, in quo peccatur. Vbi diximus, esse duas opiniones: Sed probabiliorē censuimus eam, quæ assertit, non constitui speciale peccatum sacrilegium, eo ipso solum, quod fit tempore sacro, nisi fiat expresse, & formaliter ea intentione, vt peccetur contra tempus sacrum. Et ita in præsentia dicimus iuxta hanc sententiam probabiliorē in materia luxurie, non esse speciale peccatum sacrilegij, si luxuria fiat in diebus festis, vel Dominicis, nisi formaliter fiat ea intentione, vt peccetur contra factum tempus.

Quarto quaeritur, An in materia luxurie sit speciale sacrilegium, si fiat luxuria ab homine habente agnum cereum benedictum, vel aliquas alias reliquias appensas ad collum, vel in pectore, vel habente aliqua grana benedicta, vel calcules benedictos in brachio? Quod est quaerere, an sacrilegium, quod fit ratione rei sacre, reperitur in peccatis luxurie? Respondeo in primis: si formaliter ea intentione quis in luxuria peccet, vt agit contra res illas sacras, vel alias similes, tunc sacrilegium speciale committit ob illam specialem intentionem agendi contra res sacras. Deinde, si quis pollutat rem aliquam sacram per actum aliquem luxuriosum, quem exerceat erga rem ipsam sacram, vel abutendo re ipsa sacra in actu luxurioso, tunc speciale erit peccatum sacrilegij; quoniam fit iniuria specialiter rei sacre, siquidem res illa sacra possidetur, cum assumatur ad libidinem. Tertio non est speciale sacrilegium, nec in confessione exprimendum, si quis coeat cum femina habens agnum cereum benedictum, vel aliquas re-

liquas ad collum, vel calculeum aliquem benedictum in brachio: quoniam tunc specialiter non agit contra rem sacram, vt res sacra est, sed tantum res illa sacra comitatur actum luxuriosum.

Quinto quaeritur, Quid dicendum, si quis daret rem aliquam sacram, v. g. Agnum cereum benedictum, vel aliquas reliquias Sanctorum, vel aliquos benedictos calcules ob aliquem actum luxuriosum cum aliquo habitum? Respondeo, sicut esset simonia, si quis conferret beneficium Ecclesiasticum, vt si eligeret, vel nominaret, vel præsentaret aliquem ad beneficium ob copulam habitam cum forore eius, vt ait Sotus *lib. de iust. q. 8. art. 3.* Ita etiam esset speciale sacrilegium, si quis daret agnum cereum benedictum, & rem aliquam sacram pro habenda aliqua copula carnali, quoniam tunc specialiter fit iniuria rei sacre, quoniam datur vt pretium, & conuertitur ad vsus profanos, quod tamen specialiter est prohibitum.

Sexto quaeritur, An sacrilegium reperiri possit in singulis luxurie speciebus? Respondeo, reperiri posse, v. g. Incestus potest esse sacrilegium, si fiat contra votum, vel in loco sacro. Item stuprum, raptus, adulterium, peccatum contra naturam possunt esse sacrilegia. Dices, fornicatio simplex non potest esse sacrilegium, quoniam si est sacrilega fornicatio, v. g. contra votum castitatis, vel commissa in loco sacro, iam non erit fornicatio simplex, sed sacrilegium. Respondeo, vt in *si. statim sequenti dicam*; fornicationem simplicem sumi dupliciter, primo, vt est coitus soluti cum soluta, & hæc potest esse sacrilegium, v. g. si fiat in loco sacro, vel contra votum castitatis alterius, vel vtriusque. Secundo modo sumitur, vt est coitus soluti cum soluta, nulla alia qualitate speciali affectus, & tunc fornicatio simplex distinguitur ab omni specie luxurie, vt dicemus infra.

Septimo quaeritur, An si clericus sacris ordinibus initiatus fornicetur, sacrilegium committat? Duæ sunt opiniones, Prima asserentium, non esse sacrilegium, quoniam licet seruare castitatem teneantur, illud non est ex voto, sed ex constitutione Ecclesiæ. Sic Sclua *de Beneficijs par. 3. q. 3. num. 7.* Vbi citat Cardinalem post Panormit. in *Clem. Ad vestrum, de Heret.* & probat quoniam cap. *Quia circa, de Bigam. & cap. Presbyter Dist. 28.* fornicatio in Presbytero dicitur esse simplex fornicatio.

Secunda est opinio asserentium, esse sacrilegium. hoc videntur sentire Theologi, Richard. Bonauent. S. Thomas in *4. Dist. 25.* lege Sotum eadem *Dist. q. 8. art. 2.* quoniam in sacrorum ordinum susceptione fit sollempne votum castitatis, vt dicitur cap. 1. de voto in sexto, et qui peccat contra votum, facit sacrilegium.

In hac re dico in primis, huiusmodi fornicationem esse sacrilegium: quoniam ad hoc satis est, vt is, qui est sacris Ordinibus initiatus, vel votum castitatis emitat ex constitutione Ecclesiastica, vel solum teneatur castitatem seruare speciali lege Ecclesiæ: siue enim hoc siue aliud dicatur, verum est, quod agit contra sanctitatem speciali constitutione Ecclesiæ. Secundo, aliquando secundum Canones fornicatio facta à Presbytero cum soluta dicitur fornicatio simplex, non quia non sit etiam sacrilegium, sed vt distinguatur ab alijs luxurie peccatis specialiori qualitate, & substantia affectus, in qua incidit aliquando Presbyter, v. g. ab adulterio, stupro, incestu, quæ aliquando Presbyter committit.

Octauo quaeritur, An si quis perpetret coitum cum moniali, sit solum sacrilegium, an vero sit etiam incestus, & adulterium? Respondet Glossa in cap. *Virginitas 27. Quæst. 1.* quod est adulterium, incestus, & sacrilegium. Nam quatenus monialis est sponsa Christi, est adulterium: quatenus vero est consecrata Deo per votum castitatis, est sacrilegium: quatenus vero Deus est communis omnium Pater, monialis est cognata, & omnes sumus cognati, & ita est incestus. Idem docet S. Thomas 2. 2. *quæst. 14. art. 10. ad secundum.* Sed dicendum est, proprie esse sacrilegium, quoniam peccatur contra votum castitatis, &



metaphoricè esse adulterium, & incestum: nam per metaphoram quandam monialis est, & dicitur sponsa Christi: metaphoricè quoque dicitur cognata, & sumus omnes cognati eadem ratione. Et in iure canonico aliquando copula omnis sacrilegi commissa cum persona dicata Deo per votum castitatis, dicitur copula incestuosa.

Nono quaeritur, An si quis sacris ordinibus initiatus, sit etiam religiosus, & fornicetur, debeat in confessione exprimere se esse religiosum, sacris etiam ordinibus initiatum; an vero satis sit dicere se esse religiosum, aut sacris ordinibus initiatum, hoc est, an sufficiat si dicat se habere votum solemne castitatis? Sed qui dicant, opus esse ut utrumque exprimat: quoniam ut religiosus est, agit contra votum, & sic est sacrilegus, ut vero sacris ordinibus initiatus, agit non quidem contra votum castitatis, sed solum contra Ecclesiae constitutionem, ex cuius vi obligatur servare castitatem. At Medina in sua Instruct. Confessorum cap. 14. §. 18. sentit sibi esse, explicare se esse religiosum.

Respondetur in primis: si quaestio est, an utrumque debeat explicari tanquam duplex peccatum, aut unum habens duplicem deformitatem specie distinctam; tunc dico non esse opus, quoniam non est duplex specie peccatum; quia siue, ut sacris ordinibus initiatus consideretur, siue ut religiosus, peccat contra solemne votum castitatis, licet votum habeat ex duplici causa, & obligatione, & vi constitutionis Ecclesiae, & vi professionis regularis: at peccata, ut supra in praeiudicijs ad decalogum dixi, specie non distinguuntur ob difficultatem praeceptorum, nisi pertineant ad virtutes, & obiecta specie distincta.

Secundo, si quaestio sit, an utrumque explicari debeat ut circumstantia grauius augens malitiam, tunc si sequamur opinionem eorum, qui asserunt tales circumstantias esse considerandas, dico utrumque exprimi debere, quoniam circumstantia professionis regularis grauius auget sacrilegium commissum ab eo, qui est sacris ordinibus initiatus.

Decimo quaeritur, An sacrilegium factum contra votum simplex castitatis, sit distinctum specie à sacrilegio facto contra votum solemne castitatis: Caietanus 2. 2. q. 88. art. 8. aperte docet, votum simplex castitatis, & votum solemne eundem non differre specie. Sotus lib. 7. de Institut. q. 2. art. 5. ait differre specie. Sic videtur sentire Medina in sua Instruct. confess. cap. 14. §. 18.

Sed dicendum est, quia quid sit de hoc, quod sacrilegia ipsa non distinguuntur specie, immo nec votum ipsum simplex & solemne castitatis, quoniam sunt eundem obiecti, & materiae, & virtutis: nihilominus tamen circumstantia voti solemnis est declaranda in confessione, quoniam auget grauius peccatum contra votum: & meo iudicio probabilior est opinio asserentium, circumstantias notabiliter augentes, licet non mutant speciem, esse considerandas.

Decimo primo quaeritur, An sacrilegium factum contra votum solemne castitatis, quod est in sacris ordinibus, sit specie distinctum à sacrilegio facto contra votum solemne castitatis factum in professione religionis approbata? Respondetur, non distinguui: at verò declaranda est circumstantia professionis regularis in confessione ob rationem dictam, quoniam notabiliter auget malitiam sacrilegij contra votum facti.

Decimo secundo quaeritur, An si quis castitatem vouerit simpliciter bis, aut ter, aut quater, debeat exprimere in confessione se votum castitatis habere bis, aut ter factum, & fornicatum esse? Respondetur, de hoc egisse nos supra in Praeud. opus non esse, exprimere tanquam circumstantiam mutantem speciem, aut facientem, ut peccatum sit duplex. Quaesit, an sit necesse eam exprimere circumstantiam, ut notabiliter augentem peccatum? Dico non esse necessarium; quoniam non tam grauius auget ut sit opus exprimere.

Decimo tertio quaeritur, Quam loca intelligantur nomine templi, vel Ecclesiae, vel loci sacri, quando dicitur esse sacrilegium peccatum luxuriae, quod in loco sacro committitur? Respondetur, In iure Canonico loci sacri, vel religiosi, vel Ecclesiae nomine, intelligitur quicumque locus publicus,

vel priuatus auctoritate Episcopi consecratus, vel institutus, aut benedictus ad sacra peragenda; Siluest. verb. Ecclesia 2. num. 1. Et verb. Inuolutas 1. q. 1. ex Abbate, & alijs, quos citat. Et intelligatur Ecclesia, templum, cimiteria, hospitalia, oratoria, quos fuerint auctoritate Episcopali constituta, etiam in eis diuina non fuerint celebrata. Siluest. ubi supra.

Decimo quarto quaeritur, An refectoria, & cubicula, Bibliotheca, & dormitoria regularium, & monasteria regularium intelligantur etiam ita, ut si quis luxuriae peccatum committat in his locis, sit sacrilegium? Respondetur cum Nauar. cap. 16. num. 3. non intelligi, quoniam alioquin luxuriae peccatum commissum in agris, praedijs, vel domibus regularium, esset sacrilegium, quod est falsum. Idem dico de otatorijs priuatis non constitutis auctoritate Episcopali.

Decimo quinto quaeritur, An qui in Ecclesia, aut templo libidinose concupiscit feminam, sit sacrilegus peccans contra loci sanctitatem? Respondetur, & dico, sacrilegium esse, si quis existens in templo desideret habere copulam carnalem, vel pollutionem in templo. Sic Nauar. & Sotus supra citati: & ratio id probat, quoniam peccatum desiderij interni est eisdem speciei, cum est peccatum externum, eiusdem obiecti, & materiae. Secundo, si quis existens extra templum, desideret habere copulam, aut pollutionem in templo, est sacrilegium. Patet ex primo, & ratione allata, & est communis opinio.

Tertio, si quis existens in templo, desideret habere copulam carnalem, aut pollutionem extra templum, non est sacrilegus: patet, quoniam tunc non habet pro obiecto eorum vel pollutionem in templo.

Quarto, quando quis libidinose concupiscit feminam existentem in templo, siue ipse existat foris, siue intus, & non explicite desiderat habere copulam cum ea in templo, quoniam concupiscendo eam, nihil cogitat de templo, aut loco profano, sed abstrahit à loco, & solum concupiscit feminam quam videt in templo, tunc non mihi videtur esse sacrilegium: quoniam cum sit in genere concupiscitur, non habetur ratio illa loci sacri, & videtur appetus ille iudicandus secundum eusdem ordinatum, & ordinatum modus appetendi copulam carnalem, est, ut sit extra locum sacrum.

Decimo sexto quaeritur, An locus sacer violetur per copulam carnalem habitam in eo contra naturam, siue cum sexu indebito, siue cum sexu alterius generis, siue extra vas naturale, siue modo indebito? Respondetur, quomodo cumque habeatur copula carnalis illicita, violatur locum sacrum per eam habitam in eo. Sic communis opinio.

Decimo septimo quaeritur, An locus sacer violetur per copulam licitam conjugalem habitam in eo? Respondetur, esse duas opiniones. Verum de hoc dubio dixi supra in primo praeepto Decalogi, tract. de Sacrilegio.

### Quomodo se habeat luxuria ad omnes supradictas species.

#### CAPVT XXVIII.

PRIMO quaeritur, An praedictae peccatorum species sint species secundum se luxuriae? Difficultas consistit, primo, quoniam sacrilegium non videtur species secundum se luxuriae; nisi non numeratur in iure Canonico inter luxuriae species 36. q. 1. c. Lex illa. Tum etiam quoniam non sumitur sacrilegium, ut reducitur ad luxuriam ex parte materiae, aut personae solius, sed etiam ex parte loci sacri; at locus solum est circumstantia per accidens luxuriae. Secundo, quoniam quae sunt species secundum se alicuius generis, non sunt species alterius generis; at sacrilegium est species aliorum generum, nam reperitur in genere furti, homicidij, ergo non est species luxuriae secundum se. Item adulterium reperitur etiam in genere iniustitiae, ergo non est species luxuriae per se. Item incestus non solum est peccatum contra luxuriam, sed etiam contra pietatem, quae reuerentiam & honorem exhibet personis sanguine coniunctis. Item

raptus



raptus non solum est contra luxuriam, sed etiam contra iustitiam debitam proximo. Tertio, non bene distinguitur fornicatio à reliquis luxurie speciebus: nã fornicatio dicitur esse coitus soluti cum soluta femina, ergo sacrilegium, stuprum, incestus erunt fornicationes, siquidem sunt inter solutum, & solutam: nam soluti dicuntur illi, qui liberi à vinculo coniugij sunt. Dices, per solutos intelligi nō solum eos, qui liberi sunt à vinculo matrimonij, sed & eos, qui liberi sunt ab omni vinculo, nimirū matrimonij, cognationis, voti, virginitatis, & ordinis sacri. Sed contra est, quoniam sacrilegium commissum inter duos solutos in loco sacro, esset fornicatio simplex, quoniam est inter duos solutos, & liberos ab omni vinculo predicto, & tamen non dicitur fornicatio simplex, sed sacrilegium.

In hac re notandum est, Primo predictarum specierum aliquas esse secundum se species luxurie, tantum intra genus luxurie, nimirum stuprum, fornicationem, & peccata contra naturam, ita ut hæc peccata nullius alterius generis species possint esse nisi accidentales.

Secundo, notandum est, quod ratio luxurie consistit in hoc, quoniam quis coitu carnali, aut semine humano, aut alijs à natura ordinatis ad coitum vitur non vt iusta ratio præferat, coitus enim, & semen humanum ordinata à natura sunt ad rectam generationem proli humanæ; iusta autem generatio proli humanæ non est nisi coitus vt sit inter virum, & feminam legitimo coniugio copulatos. Et ita contra rectam rationem agit, quisquis coitum habet cum re alterius speciei, vel generis, v. g. cum bestia: Item cum sexu indebito: v. g. vir cum viro, aut femina cum femina: Item extra vas à natura ordinatum ad generationem: Item, si indebito modo: Item si semen humanum effundendo se possidet quis: Item si quis rem habeat cum femina, quæ non sit sua vxor.

Tertio, est notandum, quod fornicatio sumi potest multis modis. Primo, vt est accessus alicuius ad feminam non suam vxorem, vel ad masculum nō suum maritum, & tunc fornicatio non distinguitur ab adulterio, vel incestu, vel supro, vel sacrilegio, vel raptu, sed solum à peccatis luxurie contra naturam: Secundo, accipitur vt est accessus masculi soluti à vinculo matrimonij ad feminam liberam ab omni quoque coniugij obligatione, & tunc distinguitur fornicatio solum ab adulterio, non à supro, aut raptu, aut sacrilegio, aut incestu. Tertio sumitur pro vt est coitus inter virum, & feminam nulla speciali alia luxuria, vel peccati qualitate affectus, & hoc modo fornicatio sumitur, vt species distincta, ab omni alia luxuria speciem singule alie species luxurie eo quod speciale continent circumstantiam, vel rationem peccati, aut in materia alicuius alterius virij, alluunt sibi speciale nomen, & dicuntur adulterium, incestus, stuprum, raptus, sacrilegium, peccatum contra naturam. Fornicatio verò hoc modo sumpta dicta est fornicatio simplex, eo quod careat omni alia luxuria, vel virij alterius speciali qualitate, & ratione. Et hoc modo delinunt Sacerdos, Angelus, Tabernis, Armilla, Rosella, & Nauarrus, cum aiunt, Fornicatio simplex, est coitus inter virum, & feminam solutos. Et per solutos aiunt debere intelligi liberos ab omni vinculo matrimonij, cognationis, voti, & ordinis, & loci, quod est dicere: Fornicatio simplex, est coitus inter virum, & feminam nulla alia speciali luxuria, vel alterius peccati ratione, & qualitate affectus.

Quarto notandum, inter species luxurie alias esse quæ secundum se sunt species luxurie, ita tamen vt habeant etiam malitiam alterius generis contra alias virtutes: nimirum adulterium, incestus, raptus, vt statim declarabimus.

Ex dictis sequitur, Primo, sacrilegium non esse speciem secundum se luxurie, sed esse speciem secundum se peccati contra religionem, quod in materia luxurie facit coitum esse sacrilegium; sicut in materia homicidij facit homicidium esse sacrilegium; & in materia furti facit furtum esse sacrilegium. Et licet furtum sacrilegium est in duplici specie peccati, v. g. peccati contra iustitiam, & contra religionem; ita coitus sacrilegus habet duplicem malitiam

peccati, nimirum est contra castitatem, quoniam est coitus viri cum femina non sua; & peccati contra religionem, quoniam est coitus cum persona sacra Deo, aut in loco sacro ipsi Deo. Item eadem ratione fit, vt sacrilegium coniungi possit cum singulis speciebus luxurie, quoniam singule species luxurie possunt habere circumstantiam peccati contra religionem: nam fornicatio si fiat in loco sacro, erit sacrilega, sic adulterium, sic incestus, sic sodomia, in loco sacro fiet sacrilegium.

Sequitur secundo, Incestum habere duas malitias peccati specie distinctas, vnam in materia luxurie, alteram in materia impietatis contra pietatem debitam personis sanguine coniunctis: quæ dicitur malitia per accidens coniunguntur mutuo inter se. Nam impietas etiam reperitur in alijs peccatis, v. g. homicidium potest esse impium, crudelitas potest esse impia. Similiter iniquitas reperitur impia. Eadem ratione fit, vt malitia impietatis possit esse coniuncta cum alijs speciebus luxurie: nam fornicatio potest committi cum cognata, similiter adulterium, stuprum, raptus, sodomia, vt supra diximus in §. 6.

Tertio sequitur, adulterium continere duas malitias peccati specie distinctas, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 8. vnam peccati contra castitatem, quoniam est coitus viri cum femina non sua; alteram iniustitiam, quoniam est coitus viri cum femina coniugata, quæ est vxor alterius: Et hæc duæ malitiae, quatenus altera est luxuria, altera iniustitia, inter se mutuo copulantur per accidens; accidit enim luxuria, quod sit in materia iniustitiae, poterat enim esse in materia contra pietatem, aut contra religionem. Eadem ratione fit, vt adulterium possit etiam coniungi cum alijs luxurie speciebus, quod docet etiam S. Thomas loco paulo citato in Respons. ad primū argumentum: potest enim adulterium esse incestuosum cum cognata commissum: potest esse stuprum cum puella virgine factum: potest esse sacrilegium cum monialis, aut loco sacro perpetratum: potest esse sodomiticum, vt si vxoratus habeat rem cum masculo, aut cum vxore alterius extra vas naturale, & debitum.

Sequitur quarto, in raptu etiam esse duas malitias peccati specie distinctas: nam est coitus cum femina, quæ non est vxor rapiens, & sic est malitia contra castitatem, & est vis illata vel femina, vel eius parentibus, quæ est contra ius debitum alteri. Et hæc duæ malitiae sibi per accidens annectuntur: nã potest violentia alteri inferri, & non in materia luxurie: Potest item malitia violentiæ coniungi cum alijs speciebus luxurie, nam vxor alterius potest rapti ad possidendam eam. Item potest possui simul contra naturam, & per violentiam. Item potest rapti monialis sacra Deo, item & cognata femina similiter rapti.

Sequitur quinto, In supro, & peccatis contra naturam licet sit quadam specialis ratio malitiæ augens malitiam luxurie: illa tamen specialis ratio malitiæ est circumstantia specialis, & specialiter augens intra idem genus luxurie, & adulterium, incestus, raptus augent malitiam luxurie, addendo specialem rationem peccati in alio genere, nimirum contra iustitiam, contra pietatem, contra ius alterius.

Ex dictis sequitur, quid sit dicendum ad argumenta principio questionis proposita. Dicimus enim, Primo sacrilegium ideo non numerari semper, & ab omnibus inter species luxurie, quoniam non est secundum se species luxurie, sed per accidens: nam secundum se solum est peccatum contra religionem: Sed quia accidit, vt violetur religio aliquando in materia luxurie, sicut in materia furti, & homicidij violari solet, ideo à sancto Thoma numeratur inter species luxurie, non quod sit species secundum se, sed vt enumeraret omnia peccata, quibus contingit, vt violetur castitas, & omnes eorum differentias siue substantiales, siue accidentales, & per sacrilegium in materia luxurie, intelligit sacrilegium contractum per accidens ad materiam luxurie, nimirum coitum sacrilegum viri cum femina, quæ nō est vxor eius. Dices, ergo eadem ratione adulterium, incestus, raptus, non erunt species luxurie, sed per accidens: nã vt diximus, hæc luxurie genera habent rationem



malitia in alio genere, quā in luxuria, animum iniustitiae, impietatis, & violentiae. Respondeo: non sequitur ex dictis, quod inferatur in argumento. Nam est differentia inter sacrilegium, & alias species luxuriae, quoniam sacrilegium secundum se, non dicit actum, vel copulam carnalem, est enim, & sacrilegium in furto, & in homicidio, at verò adulterium secundum se est intrinsecè contra castitatem, & iustitiam, ita ut adulterium non sit iniustitia quomodocunque, sed iniustitia in materia luxuriae, aut potius luxuria in materia iniustitiae. Et ita adulterium secundum se est coitus luxuriosus cum iniustitia coniunctus. Solum argumentum probat, quod ratio iniustitiae in genere acceptae, per accidens coniungitur luxuriae, non tamen ratio adulterij per accidens est luxuria, quia non est, nec esse potest adulterij ratio, quin sit coitus luxuriosus: esse tamen potest ratio sacrilegij integra, quin sit coitus luxuriosus, ut est in furto, & homicidio sacrilego: at etiam esse potest ratio iniustitiae, quin sit luxuriosus coitus, non tamen ratio adulterij. Similiter dicimus de incestu, qui est species secundum se luxuriae, quoniam incestus non est peccatum quomodocunque contra pietatem, sed est coitus luxuriosus contra pietatem debitam cognatis, & ita ratio peccati contra pietatem in genere receptam potest absque luxuria, ut reperitur in crudelitate, homicidio, & immiserordia: Sed incestus est peccatum contra pietatem contractum ad materiam luxuriae. Est enim secundum se coitus luxuriosus cum aliqua cognata persona: cetera peccata contra pietatem sunt quidem peccata contra pietatem, non tamen sunt incestus, quoniam non sunt coitus luxuriosi. Idem dico de rapto, qui verè secundum se est species luxuriae, quia non est violentia facta alteri in quacunque materia, sed in materia luxuriae. Et ita raptus est coitus luxuriosus cum persona contra voluntatem eius vel parentum abducta à domo, in qua erat: hinc fit, ut adulterium, incestus, & raptus solum ponantur species luxuriae, non autem numerantur inter species peccatorum contra iustitiam, contra pietatem, vel contra ius debitum alteri: at sacrilegium numeratur inter vitia, & peccata contra religionem. Lege Caietanum 2. 2. q. 154. art. 1. ad secundum, & Medicum 12. q. 34. art. 7.

Dico secundo, quod fornicatio non est species luxuriae quomodocunque acceptae: nam ut dixi, potest sumi late, & strictè. Est igitur species luxuriae secundum se, & distincta à ceteris luxuriae speciebus, quatenus dicitur fornicatio simplex, hoc est coitus viri cum femina non sua, carens omni qualitate, & circumstantia speciali luxuriae.

Dico tertio, quod adulterium, ut fit à viro vxorato, per accidens coniungitur alijs speciebus luxuriae ex parte feminae, cum qua vir vxoratus rem habet: nam si ea est illius cognata, fit adulterium incestuosum: Si est virgo, fit stuprum: at verò quoniam vit ipse rem habens, est vxoratus, ex parte illius semper est adulterium: nam cum luxuria fit coitus carnalis inter duos, fit, ut licet ex parte vnius aliqua luxuriae species semper retineat vnā rationem luxuriae, ex parte alterius varietur aliquando secundum varias rationes luxuriae.

*An sint aliae species luxuriae praeter sex praedictas.*

CAVIT XXIX.

PRIMO quaeritur, An rem habere cum femina vidua sit alia circumstantia speciem mutans intra genus luxuriae ex hoc solum, quod sit coitus cum vidua? In hac re sunt duae opiniones. Prima est asserentium, quod mutat speciem, quoniam castitas coniugalitatis, vidualitatis, & virginitalitatis sunt tres species distinctae castitatis, ergo peccatum contra castitatem vidualem est specie distinctum à ceteris luxuriae peccatis: Item castitas vidualis habet specialem rationem castitatis distinctam à ratione castitatis coniugalitatis,

& virginitalitatis: nam castitas coniugalitatis abstinere ab illicita copula, & vidualis abstinere ab illicita, & licita: nam abstinere etiam à nuptijs ahoquin licitis, & virginitalis addit corporis integritatem, quam vidualis excludit, ergo peccatum cum vidua habet specialem rationem deformitatis contra castitatem. Ita sentit Martinus *quest. 1. de viduitate*. Secunda opinio est asserentium, vidualem castitatem non esse specialem castitatem specie distinctam à castitate coniugali. Sic aperte docet Caietanus 2. 2. q. 32. art. 4. ad 1. & sic videtur sentire S. Thomas *ibid.* Et opinio est probabilior. Unde licet virginitalitas sit specialis virtus castitatis, ut supra dixi, vidualis tamen castitas non est specialis virtus castitatis, & illa diuisio castitatis in coniugalem, vidualem, & virginalem, non est diuisio generis in species, sed diuisio rei in diuersos status, vel modos illius.

Secundo quaeritur, An ex hoc quod coitus fit cum vidua, sit circumstantia grauius augens luxuriam? Caietanus *ubi supra* ait, peccatum in vidua esse grauius, quam in alia simplici fornicata. Certè leges ciuiles grauius puniunt accessum ad viduam, praesertim si sit accessus ad viduam intra annum luctus ab obitu mariti: Item si sit accessus ad viduam honeste viuentem. Mihi videtur primo, quod si sit accessus ad viduam torpiter viuentem, non est peccatum grauius, quā si sit accessus ad aliam mulierem turpiter viuentem. Deinde, si sit accessus ad viduam, vel intra annum luctus, vel honeste viuentem, esse peccatum grauius in eadem specie, quā si sit accessus ad aliam simplicem fornicariam.

Tertio quaeritur, An accessus viri Christiani ad feminam solutam viduam Saracenam, aut Paganam, habeat circumstantiam mutantem speciem, aut saltem grauius augentem peccatum? Nauarr. *cap. 18. num. 3. videtur* docere, quod accessus hominis Christiani ad feminam infidelis, non sit simplex fornicatio, quoniam leges ciuiles, & canonicae grauius puniunt accessum feminam Christianam ad Iudaeam, quā ad quemcumque aliam Christianam simplicem fornicariam. Nam multis Canonibus est prohibitum Christianis communicare cum Iudaeis, aut cum Saracenis, tum propter periculum subuersionis, tum propter periculum contemptus in legem, & religionem Christianam.

Dico primo, iste accessus non est specie distinctus à simplici fornicatione. Secundo in accessu ad feminam Iudaeam, Saracenam, aut Paganam grauius est fornicatio, quā ad accessu ad aliam fornicariam. Tertio, grauius peccatum femina Christiana accedens ad Iudaeum, Saracenum, aut Paganum, quā vir Christianus accedens ad feminam infidelis, quia maior est periculum in iura in legem, & religionem Christianam.

Quarto quaeritur, An accessus feminae ad Dominam suam, vel cognatam Dominam suam, vel ad sanctam matrem suam habeat circumstantiam grauius augentem peccatum? Dico habere, quoniam fit accessus ille contra reuerentiam debitam Dominis suis, & leges ciuiles grauius solent punire huiusmodi accessus, quā accessum ad aliam fornicariam. Seruus, qui Dominam suam carnaliter se miscuit, exuritur igne. *L. Vnica. C. De mulieribus, qua se suis seruis propriis miscerunt*, & mulier ipsa capite punitur, & illi inde nati sunt spurij, nec possunt matri succedere.

Quinto quaeritur, An accessus tutoris ad pupillam, vel curatoris ad minorem, sit circumstantia grauius augens peccatum? Respondeo, istum accessum esse grauius peccatum, quā accessum ad aliam puellam, eo quod maiores, & curatores sunt loco parentum. Tutor, qui puellam, cuius curam gessit, stuprauit, deportationis poenam incurrit, & omnia bona eius publicantur. *L. Vnica. C. Si quis tutor suum, corrupserit, &c.*

Sexto quaeritur, quomodo, & quo ordine se habeant praedictae luxuriae in maiori grauitate? Respondeo, S. Thomas 2. 2. q. 154. art. 1. ponit hunc ordinem: Peccata contra naturam sunt grauiora alijs. Secundo loco, grauius ceteris est incestus. Tertio, adulterium cum vxore alterius rapti. Quarto adulterium simplex. Quinto, stuprum cum viro rapti.



capta. Sexto, stuprum simplex: septimo fornicatio simplex: Inter peccata contra naturam grauissimum omnium est bestialitas. Secundo loco est sodomia, in qua non est debitus sexus seruatus: Tertio est sodomia, in qua non est seruatum debitum vas feminae: Quarto, quando non est seruatus debitus modus coeundi: Quinto, vltimum, ac infimum locum inter ista habet pollutio voluntaria. Ita S. Thom. 2. 2. q. 154. ad 4.

Vbi nota hæc intelligi ex natura rei, & obiecti: nam ex alijs circumstantijs potest esse aliter. Et sic licet inceſtus cum matre, vel cum sorore sit grauior adulterio; grauius tamen est adulterium, quam inceſtus cum affine, vel cum consanguinea in quarto gradu, & sic de alijs.

### De Peccatis in muliebri ornatu.

#### CAPVT XXX.

**NOTANDVM**, quod ornatus muliebri ex animo, siue intentione expressa, vel implicita incitandi aliquem ad luxuriam, est secundum se mortale peccatum. S. Thom. 2. 2. q. 159. art. 2. Implicitam voco intentionem, quando licet femina expresse non ornatur ad incitandum aliquem, scit tamen illum incitatum iri, ad concupiscendum sui; quod ne fieret, ipsa si vellet, facile posset malum evitare, sed non curat.

Primo quaeritur, An in feminis fucare faciem, sit mortale peccatum secundum se? Dux sunt opiniones. Prima est asserentium, quod quoad id facit femina ad occultandum, ac tegendum deformitatem ex aliqua causa accidentali procurrentem, nimirum vel ex solis aestu, vel ex alio casu accidenti; tunc non est peccatum: at quando id facit ad ostendendam pulchritudinem, quam a natura non habet, tunc est peccatum mortale secundum se. Sic Angelus *verb. Ornatus, num. 4.* sic etiam is, qui seholia scripsit in eum, & citat Hostien. Abb. Andr. Couart. Innocent. *cap. 1. Ne clerici, vel monachi, & probant ex Cypriano lib. de Habitu virginum* vbi ait, quod feminae lucantes faciem, manus Deo inferunt, & reformare contendunt, quod Deus fecit, & adulterant id, quod est a natura: Impugnatio est ista diuini operis, prauitatio veritatis. Deum videre non poteris, quando oculi tibi non sunt, quos Deus fecit, sed quos Diabolus infecit de inimico tuo iuncta cum illo pariter arsurus. Hæc Cyprianus. Citant etiam Hieronymum asserentem: [Crimen est, post Christianitatis sanctificationem, cuiuslibet pigmenti lucco, aut puluere sordidari.] Item Augustinus *de confes. Diss. 1. cap. Fucare*; vbi ait, quod fucare faciem, sit adulterae fallacia, & inhonestas.

Secunda opinio est asserentium, in vniuersum fucare faciem in feminis non esse mortale peccatum secundum se, nisi in duobus casibus, nimirum, quando id facit femina ex intentione incitandi alium ad luxuriam, aut cum contemptu Dei, id est, facit eo effectu, vt etiam faceret, etiamsi esset contra charitatem, & legem Dei. Ita S. Thom. 2. 2. q. 169. art. 2. & ad 2. Caiet. *ibid. ad sub. 3.* Nauarr. *cap. 23. num. 10.* Armill. *verb. Ornatus num. 1.* & in hoc sensu ait S. Thomas, esse intelligendum Cyprianum, Augustinum, & Hieronymum supra citatos. In hac re tota difficultas ex eo pendet, an fucare faciem in feminis sit peccatum mortale tanquam ex se incitatum ad luxuriam, an tanquam adulterina quadam fallacia, vt loquitur B. August. perniciosa ijs, qui viderint eam faciem: nam Angelus, & alij ob id contendunt esse hoc mortale peccatum. At Caiet. Nauar. & alij docent non esse ex se mortale peccatum, nisi cum sit ex intentione deprauata, aut cum periculo, & occasione luxuriae in alijs.

Respondeo in primis. Certum est apud omnes non esse mortale peccatum, cum id facit femina ad occultandum defectum, quem a natura non habet, sed ex aliquo accidente casu procurrentem; nimirum ex morbo, vel aestu solis, vel alio casu. Sic S. Thom. Caiet. Nauar. Ang. Siluest. Deiii.

*Instit. Moral. Pars 3.*

de certum etiam est, non esse peccatum, cum id facit femina nupta, ne marito suo displiceat, & ad alias feminas accedat. Præterea certum etiam est, non esse peccatum, cum id facit femina nobilis, ne respiciatur ab ijs, qui possunt eam uxorem ducere, & ne maneat absque coniugio spe.

Postremò, cum id facit femina absque hinc deprauato, sed absque vlla causa rationabili, peccatum est veniale, non mortale, & in hoc probabilior est opinio secunda supra preposita, quam prima.

Secundo quaeritur, An in isto quarto casu sit mortale peccatum, cum femina probabiliter nouit se ab alijs concupiscendam, non tamen intendat, vt concupiscatur ab alijs? Respondeo in primis; Cum id facit in tribus primis supra dictis casibus, non est mortale peccatum: quoniam tunc iure suo vitur femina; cum ad id iustam, & rationabilem causam habeat, & si quod inde oritur peccatum, non ipsi, sed alterius malitiae imputatur, & scandalum non est datum à femina, sed ab alio acceptum ob suam malitiam. Secundo, cum femina solum scit in generali se concupiscendam ab alijs, non tamen scit in particulari se concupiscendam determinate ab hoc, aut ab illo, tunc non peccat mortaliter, sed venialiter tantum, quoniam non videt in particulari hunc aut illum peccaturum. Tertio, cum femina probabiliter scit, hunc aut illum peccaturum mortaliter concupiscendo eam, tunc licet Caietanus, & Armill. *vbi supra* videantur docere, non peccare mortaliter feminam sic adornantem se, probabilis tamen mihi videtur quod ait Tabien. *verb. Ornatus q. 2.* eam mortaliter peccare, quoniam videtur mihi tunc scandalum esse datum, & actiuum, cum & femina se commode abstinere possit, & absque vilo detrimto sui iuris deuitare queat peccatum mortale alterius ex passione, & infirmitate naturæ naturæ, lege charitatis obligatur id facere. Si autem alterius peccatum ex malitia nasceretur, tunc non teneretur deuitare illud.

Tertio quaeritur, An fucare faciem absque sine malo luxuria sit mortale peccatum in feminis non nuptis, v. g. si sit vidua, vel puella, quæ non sit transitura ad nuptias, an in ea sit mortale peccatum fucare faciem? Angelus, & alij consequenter dicunt esse mortale peccatum, etiamsi non sit deprauata intentio, nec periculum peccati mortalis in alijs, sed quando fit ob solam voluptatem. At secundum Caietanum, & alios in secunda opinione superius allegatos, dicendum est esse veniale peccatum, & graue, quoniam, vt dixi, non videtur quod hoc sit peccatum mortale ex natura rei, sed tantum ratione deprauatæ intentionis, aut scandali, aut periculi peccandi in alijs.

Quarto quaeritur, Quando, & quibus casibus debeat confessarius negare absolutionem feminae nolenti desistere ab vsu fucandi faciem? Respondeo ex Nauarro *vbi supra*, monendas esse feminas, vt desistant ab hoc vsu. Si autem noluerint desistere, nec persuaderi se in hoc peccare mortaliter, non est illis ob hoc solum absolutio neganda, quoniam vt dixi, non est hoc peccatum mortale secundum se.

Quinto quaeritur, An vt capillis alienis ad pulchritudinem, & ornatum, sit peccatum mortale in feminis? Caiet. & Nauar. *vbi supra*, aiunt; hoc secundum se non esse peccatum, quoniam etiam vti panno, lana, lino, vestibus alienis ad pulchritudinem, non est peccatum: At alij aiunt esse veniale peccatum, quoniam est quadam fallacia, & fictio in hoc opere: nã ostendit alijs femina pulchritudinem, quam non habet. Prima opinio videtur probabilior: nam sicut ad ornatum, & pulchritudinem licite potest femina vti vestibus alienis, nec in hoc est vlla fallacia, aut fictio mala; ita cum vitur capillis alienis, nulla est fallacia, aut fictio illicita.

Sexto quaeritur, An vt vestibus speciosis, splendidis, vt auro, argento, gemmis, lapillis, margaritis, & vestibus odoriferis in feminis ob ornatum, & pulchritudinem, sit mortale peccatum secundum se? Respondeo ex Caietano, & Nauarro, *vbi supra*, non esse, nisi cum est deprauata intentio incitandi alium ad luxuriam, aut cum id fiat contra legem aliquam obligantem ad peccatum mortale. Deinde,

K 2

nullum



nullum est in hoc mortale peccatum, cum id sit secundum morem patriæ, aut secundum dignitatem, & conditionem status, & conditionis personæ. Postremò sæpè in his venialiter peccatur, vel ob superfluum, & prodigum ornatum, vel ob voluptatem, & delicias, vel ob animi leuitatem.

Septimo quaeritur, An in femina sit mortale peccatum gestare pectora nuda, aut uti veste ad eò tenui, & pellucida, ut pectora masculis perspicua sint? Angelus *verb. Ornatu*, ait, se non excusare eas à peccato mortali: nec valet, inquit, consuetudo, quoniam est corruptela. Sed dicendum est, etiam illis secundum se non esse mortale peccatum, & excusari in prouincijs, in quibus gestare pectora nuda est in vsu, ut supra diximus.

Octauo quaeritur, An femina nuptui apta, sed quæ nuptura non sit, immo quæ castitatem, vel religionis ingressum vouit secretò, licite se videndam alijs exhibeat ornata, & an licite velle possit, ut illis placeat, & ad matrimonium appetatur, ut in alijs rebus sibi, vel suis cognatis fauorem, aut auxilium obtineat? Dico, id fieri absque vilo peccato, ut rectè ait Nauarrus *cap. 23. num. 22*, quoniam sit hoc ob finem bonum, nec est vili lege prohibitum, & fit absque peccato proximi: nam alij non peccant eam cupientes in vxorem.

### De Peccatis Luxurie inter Coniuges contra debitum coniugale.

#### CAPYT XXXI.

**P**RI-MO notandum, inter coniuges posse multa peccata contingere: sed in præsentia solum dicemus de ijs peccatis, quæ solent accidere in vsu matrimonij, nimirum in exigendo, reddendo, aut detegendo debitum coniugale, cetera enim pertinent ad materiam Sacramenti matrimonij. Legendi sunt Summistæ *in verb. Debitum coniugale*.

Secundo notandum, Debitum coniugale dici, & esse obligationem mutuam, siue ius mutua obligationis, quo inuicem coniuges suum corpus ad copulam coniugalem reddere tenentur ratione vinculi per matrimonium contracti.

Primo quaeritur, quor, & quibus casibus coniugalis vsus reddatur illicitus? Respondeo ex quinque capitibus siue causis fieri illicitum. Primo, ratione intentionis, aut finis intenti. Secundo ratione loci, in quo est vsus coniugalis. Tertio, ratione temporis, in quo fit vsus coniugalis. Quarto ratione modi adhibiti in eo vsu. Quinto, ratione voti, & affinitatis, vel alterius impedimenti Ecclesiastici.

Secundo quaeritur, In quibus casibus sit illicitus vsus coniugalis ratione intentionis, aut finis intenti? Certum est apud omnes, esse peccatum, quando coniux vitur coniuge cogitando, ac oblectando se, ac si cum alia femina non sua vxore rem haberet, aut eo affectu, ut etiam si sua vxor non esset, rem cum illa haberet, aut appetendo, ut sua vxor esset alia femina non sua, & erit hoc peccatum in specie luxurie talis, qualis erit femina cogitata, & concupita. Ita communiter omnes Doctores.

Secundo certum est apud omnes Doctores, vsum coniugalem esse licitum. Primo, ratione prolis generandæ, est enim matrimonium ad hoc institutum. Secundo, ratione reddendi debitum coniugale alteri coniugi: quoniam hoc est opus iustitiæ soluere debitum alteri. Tertio, ratione vitandi fornicationem, vel periculum fornicationis in altero coniuge, quoniam hoc est opus charitatis, vitare periculum peccandi in altero.

Sed difficultas est apud Doctores in sequentibus. Primo, an sit licitus vsus coniugalis gratia propria fornicationis in se ipso vitandæ? Tres sunt opiniones. Prima est asserentium, non esse licitum, sed esse veniale peccatum. Et hæc opinio fuit olim communis inter Doctores. Ita S. Thomas *4. Dist. 31. q. 2. art. 2. ad 2.* Bonauent. Richard. *ibid. art. 3. quæst. 2.* licet dicat opinionem esse probabilem. Sic Angelus *verb. Debitum coniugale num. 22.* & probant hoc ex Hieronymo

*Apologia con. Iovinianum*, Tertull. *lib. de exci. castitat.* initio, August. *in Enchirid. cap. 43.* Et *lib. de Bono coniugali cap. 10.* Et *cap. 6.* Beda *in Paulum 1. Cor. 7.* Ambros. *ibid.* & Greg. *ut referret 23. q. 4. cap. Vir. & Gratian. 22. q. 2. & Magist. in 4. Dist. 4.* Secunda opinio est asserentium, non esse peccatum, quando aliter commode proptia ipsius fornicatio vitari non potest, si tamen aliter vitari possit, esse peccatum, Palud. *in 4. Dist. 31. q. 2.* Capreol. *ibid. q. 2.* Sor. *ibid. q. 1. art. 4.* Ledelm. *4. p. 2. q. 31. art. 5.* Siluest. *verb. Debitum coniugale q. 12.* Tabien. *in verb. Matrimon. 3. q. 3.* Tertia opinio est asserentium, absolute non esse peccatum. Sic Maior *in 4. Dist. 31. q. 1. concl. 4.* Durand. *ibid. q. 1. prope finem*, Argentina *ibid. q. 1. art. 4.* Almain. *4. Dist. 31. art. 1.* & fuit olim Altiſiodoren. *4. lib. tract. 9. c. 2.* Hæc tertia opinio est probabilior, & verior: nam Paulus *1. Cor. 7.* ait, [Melius est nubere, quam vti] ego si quis vxore vtatur sic vtatur, hoc est ne accedat ad alienam, non peccat. Item ibidem ait Paulus: [Vniſuiſque propriam vxore propter fornicationem habeat.]

Difficultas secunda est, An sit licitum vi copula coniugali ob sanitatem corporalem, vel ob commodum aliud corporale. Dux sunt opiniones, Prima est asserentium esse licitum. Sic Maior *in 4. Dist. 31. q. 1. concl. 5.* & Almainus *4. Dist. 31. q. 1.* quibus assentit Paludius *in 4. Dist. 31. dist. 2.* Secunda opinio est asserentium, esse peccatum veniale, nisi quando aliter sanitas corporis conseruari non possit. Sor. Siluest. Tabien. *ubi supra.* Hæc opinio est verior, quoniam copula carnalis coniugalis non est instituta, nisi propter prolis generationem, aut propter remedium concupiscentiæ, non autem ob sanitatem, aut aliud bonum corporis temporale. Et uti copula coniugali ob sanitatem corporis, vel commodum aliud temporale, perinde esset, ac si quis baptisma susciperet ob sanitatem, vel commodum aliquod corporale, quod licet peccatum mortale non esset, veniale tamen peccatum esset, ut ait Sorus loco citato: nihilominus tamen prima opinio est etiam probabilis. Sicut enim licitum est contrahere ob bonum pacis, ob generis nobilitatem, ob diuitias, sic matrimonio contracto uti, non videtur esse malum ob bonum pacis, vel ob sanitatem. Alia verò ratio est de baptismo, qui institutus est, ut recipiatur ob bonum animæ, non ob bonum corporis.

Tertia difficultas est, An vi copula carnali solum gratia voluptatis, & oblectationis, sit peccatum mortale? Tres sunt opiniones, Prima est asserentium, nulli esse peccatum. Sic Maior, & Almainus *ubi supra.* Secunda opinio est, esse mortale peccatum, quando delectatio intenditur principaliter. Ita S. Thomas *in 4. Dist. 31. ubi supra.* Tertia opinio est, esse veniale peccatum. Sic Palud. Argentina, Sor. *supra allegati*, & Altiſiodoren. Bonauentura, Richardus *ubi supra.* Hæc opinio est probabilior. Quod si dicas, cibum, & potum, capere ob delectationem, non est malum, ergo non est malum vi matrimonio ob delectationem. Item actus quando est bonus, habet delectationem bonam, sed actus coniugalis est bonus, ergo, & delectatio est bona. Respondeo, diuersam esse rationem de cibo, & potu, quoniam hæc sunt alimenta necessaria ad vitam: at Matrimonium est institutum ob bonum prolis, & ob remedium concupiscentiæ, & ob officium coniugum, non autem ob delectationem.

Tertio quaeritur, Quor, & quibus causis illicitus sit vsus coniugalis, eo quod fiat in loco sacro? Respondeo, certum esse apud omnes, vsum coniugalem, siue vitando, siue reddendo in loco sacro, esse mortale peccatum, quoniam sit contra sanctitatem loci, propterea quod sit contra legem Ecclesiasticam prohibentem copulam coniugalem in loco sacro. Et Ecclesijs *Dist. 68. c. de consec. Dist. 1. c. Ecclesijs, c. Finali de Consec. Ecclesia, c. 1. de consec. in sexto, & ita sanctificatus locus sacer est ab Ecclesia, ne fiat in eo copula coniugalis, quamuis, ut ait Glossa *c. 1. de consec. Eccles. vel altaris, in sexto*, Hugo, & Gandulphus senserunt per copulam coniugalem non pollui Ecclesiam, à quibus Glossa dissentit.*

Quarto quaeritur, An loci sacri nomine intelligantur cœmeteria? Sotus excludit cœmeteria. Sed dicendum est, ea includi *c. Consultus, de consec. Eccles. c. si quis consumax c. sequent. 27. quæst. 4.* Item includit Ecclesias etiam non consec-



consecratas dummodo sint auctoritate Episcopi dedicata ad diuina, *capit. fin. de consec. Eccl. vel alt. & Glossa ibid.*

Quinto quaeritur, An quando coniuges diu commorantur in templo ob bellum, vel ob obsidionem, vel ob violentiam aliquam illis factam, vel ob aliam causam, tunc licita sit illis copula coniugalis in templo? Sunt tres opiniones. Prima est asserentium, absolute tunc temporis esse licitã coniugalem copulam, quoties coniuges diu, & violentè detinentur in Ecclesia. Sic Richard. in 4. Dist. 42. art. 1. q. 1. Secus in eod. libro. & Dist. 9. 1. ad ult. Supplementum eod. lib. & Dist. 9. 1. art. 2. conclus. 11. Angelus verb. *Debitum num. 35.* Rosell. eod. verb. num. 7. Maior in 4. Dist. 32. q. 2. Palatinus *ibidem. dist. 1.* Secunda opinio est asserentium, absolute tunc temporis esse peccatũ mortale, nimirum sacrilegium, quoniam polluitur Ecclesia. Sic Tabien. verb. *Matrimonium 3. q. 9.* & ita dicit sentisse S. Thomam, Palud. A. pronium, Supplementum, Pisanum: sic etiam sentit Armill. verb. *Debitum num. 6.* Caiet. in Summa, verb. *Matrimonij usus.* Sic etiam Nauar. c. 16. num. 32. & citat Paludanum, Caietanum, Antoninum, Tutrecematam. Tertia opinio est, quod si coniuges diu, & violentè detinentur, tunc licita est copula coniugalis, si fiat ad vitandum periculum fornicationis, vel propter, vel in coniugè. Ita Siluest. verb. *Debitum, q. 3.* cui fauere etiam videtur Sotus in 4. Dist. 32. q. 1. art. 3. Conclus. 3.

In hac re mihi videtur probabilior opinio tertia, quoniam ea non differt à prima: nam Richardus, & Angelus licitam copulam faciunt ob periculum incontinentiæ, quod si Ecclesia non polluitur effusione sanguinis, quando quis ob defensionem suæ propriæ vitæ occidit alium in Ecclesia; ita etiam arbitror non pollui Ecclesiam effusione seminis, quando quis in Ecclesia vitur copula coniugali, eo quod violentè detinetur in ea, & periculum incurrit fornicationis, vel propter, vel in coniugè. Neque enim Ecclesiæ leges obligant tanto periculo animæ existente, siquidem nõ obligant cum periculo vitæ corporalis.

Sexto quaeritur, An copula coniugalis occulta in Ecclesia sit peccatum? Sotus *ubi supra*, ait nõ esse peccatum, quoniam per eam copulam non polluitur Ecclesia. Sed dicendũ est, vt etiam annotauit Nauar. contra Sotum c. 16. n. 32. quod sit peccatum, & quod per eam polluitur Ecclesia, hoc sensu, quod quamdiu occulta est, non impedit officia diuina, & nõ indiget Ecclesia reconciliatione: cum tamen incipit esse publica per famam, id est, notoria ex dicto multorum fidelium virorum, vel per confessionem coniugum, aut condemnationem eorum in iudicio, tunc incipit impedire celebrationem diuinorum officiorum, & indiget reconciliatione. Et hoc est argumentum contra Sotum, quod polluat Ecclesia per copulam coniugalem occultam, quoniam quantum est ex parte illius copulæ, Ecclesia polluitur. Quod autem occulta polluitur, quamdiu est occulta, non indiget reconciliatione, ait Glossa c. 1. de consec. Eccl. vel alt. in sexto. & cap. 16. nu. 32. & hoc sensu intelligunt Auctores, cum aiunt, non pollui Ecclesiam per copulam occultam, Sotus in 4. Dist. 32. q. 1. ad ult. Supplementum *ibid.* q. 1. art. 2. Conclus. 11. nimirum quod quando copula est occulta, non impedit officia diuina, nec eget reconciliatione, quoniam perinde est, ac si nõ esset copula, quando occulta est.

Septimo quaeritur, Quot, & quibus casibus ratione temporis copula carnalis sit illicita? Difficultas prima est, an sit illicita in diebus festis, & factis: & respondeo ex communi sententia, nõ esse peccatum, siue reddendo debitum, siue exigendo, siue sint dies festi siue sacri, ob ieiunium solemne Ecclesiæ, vel ob solemnes litanias, aut processiones. Licet Magister in 4. Dist. 32. & S. Thomas *ibid.* nõ nihil hæreant, & dubitent, immo videantur asserere veniale esse peccatũ saltem in petendo debitum: Dices in 33. q. 4. multos canones extare, quibus dicitur, diebus factis esse abstinendũ à copula coniugali. c. *Christiano. c. Sciatis. c. Fratres. c. Si cause.* qui canones sunt ex Hieronymo, Augustino, & Ambrosio desumpti. Dicendũ est cum Glossa in eodem loco, eos canones sanctorum esse cõsilia, nõ præcepta: nam *ibid.* c. *Vir ex Gre-*

gorio dicitur, licitã esse copulam coniugalem debitè factam in omni tempore. Sotus tamen 4. Dist. 32. q. 1. art. 3. excipit dies festos solemniores, qualis ait esse diem Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, Ascensionis, & alios similes, & diem Passionis Dominicæ, in quibus diebus ait veniale esse peccatum vt coniugio, saltem petendo debitum. Sed dicendum est, nõ esse peccatum: & ita communis opinio nullos dies festos excipit. Sic Angelus verb. *Debitum nu. 19.* & Siluest. *quæst. 8.* & citant Richardum: aiunt etiam canones supra citatos non esse præcepta obligantia.

Secunda difficultas est, an sit licitus vsus coniugalis eo tempore, quo accipienda est Eucharistia die statim sequenti Sotus vbi supra ait, esse veniale peccatum, siue petendo, siue reddendo: Sed dicendũ est, nõ esse peccatum: nam Gregorius, vt refertur cap. *V in 33. q. 4.* aperte docet, vsum coniugalem debitè factum, nimirum gratia prolis, vel officij coniugalis, etiam eo tempore esse relinquendum proprio cuiusque coniugati iudicio, & sic Angelus verb. *Debitum nu. 30.* & citat Alexandrum, & Scotum, & ita sentit in 4. Dist. 32. q. 3. art. 1. ad 2. quæ quamuis vera sint, consulendum regularet tamen est, vt ob reuerentiam tanti Sacramenti per viginti quatuor saltem horas ab actu coniugali abstinere.

Octauo quaeritur, In quot, & quibus casibus coniugalis copula sit illicita ratione modi quo fit, nimirum, vel extra vas naturale, vel non feruatis alijs modis debitis? De his quæst. dixi supra, cum agerem de peccatis contra naturam.

Nono quaeritur, Quot, & quibus modis coniugalis copula sit illicita ratione impedimenti Ecclesiastici. Difficultas prima est, an sit peccatũ, si coniuges matrimonio vtantur ante benedictionem solemnem nuptiarũ receptam? Sunt quinque opiniones, Prima est asserentium, absolute esse peccatũ mortale, siue reddendo, siue petendo debitum. Ita nonnulli sentierunt, quos refert Siluest. verb. *Debitum, q. 9.* & Ang. citat etiam n. 1. Ita etiam sentit VValden. 10. 2. de Sacramental. c. 132. & Palud. in 4. Dist. 28. q. 1. sequitur Antonin. 3. p. tit. c. 16. si Secunda opinio est, esse peccatum mortale, vt matrimonio petendo, nõ tamen reddendo debitum. Sic Richard. vt referunt Angel. & Siluest. Tertia opinio, asserentium esse peccatum mortale, vt prima vice, siue reddendo, siue petendo, semel matrimonio consummato nõ est amplius peccatũ vti. Sic B. Antoninus, vt referunt Siluest. & Tabienus. Quarta opinio est, esse veniale peccatum, nõ mortale, quado sine vlla causa iusta est vsus coniugalis ante benedictionem solemnem. Sic Caiet. tom. 1. tract. 17. q. 1. Sotus 4. Dist. 28. q. 1. art. & Tabien. verb. *Matrim. 3. q. 3.* Immo hic insinuat esse mortale, quando est consuetudo recipiendi benedictionem ante consummationem matrimonij. Quinta opinio est, nullũ esse peccatum, ante benedictionem consummate matrimonium, etiam prima vice, siue reddendo, siue exigendo debitum, siue vbi nõ est consuetudo. Sic Naltart. cap. 22. num. 83.

In hac re dico, Primo, quado subest iusta causa differendi benedictionem, tunc apud omnes ferè Auctores certũ est, nullum esse peccatum. v. g. quado dos dilertur, & ideo benedictio non recipitur, & periculum est incontinentiæ in coniugibus. Item quando benedictio differitur, quoniam terra est interdicta, aut quoniam senex duxit uxorem puellam, aut nobilis duxit ignobilem, & erubescit. In hoc conueniunt Angelus, Siluest. Armill. Caiet. Sot. & Tabien. verb. *Matrim. 3. q. 3.* & citant Innocentium, Aiber. & alios.

Secundo, vbi consuetudo est, vt ante benedictionem solemnem matrimonium consummetur, nullũ est peccatum illud consummare. Et in hoc conueniunt prædicti Auctores. Tota igitur difficultas est, an quando nulla aliqua talis iusta causa subest, tunc sit peccatũ vti matrimonio ante benedictionem solemnem? Et in hoc dico, quod opinio quinta est probabilior ceteris, nimirum quod nullũ sit peccatũ anteuenire benedictionem illã solemnem, siue vbi est talis consuetudo, siue vbi nõ est. Nam aperte dicitur cap. *Nostrates 30. quæst. 5.* nullum esse peccatum. Et hoc sentit cum Nauarro Glossa in eo cap. & Angel. & Siluest. *ubi supra*, & Copellium Trid. sess. 24. cap. de Reformat. Matrimonij, vbi hortatur contrahentes ad benedictionem accipiendam ante consummationem eius.



Et ponderandum illud verbum, hortatur: quo significatur esse consilium, non preceptum, vt annotauit Nauarrus loco citato, & Palatius in 4. *Dist. 28. Disput. 2. ad finem.*

Dices 3. *quæst. 5. cap. Alter. Et c. consanguineorum. q. 3. cap. Nulli 35. q. 3.* præcipitur, vt ante copulam coniugalem benedictio illa solemnis recipiatur. Item, vbi est consuetudo, ea videtur habere vim legis. Respondeo hos canones non esse præcepta, sed consilia. Siquidem in *cap. Nostrates 30. quæst. 5.* dicitur nullum esse peccatum: & cum sint tantum consilia, nullum est peccatum contra facere, nisi fiet ex contemptu contra ea consilia, nimirum vtendo matrimonio, & non recipiendo benedictionem illam, negligendo eam vt vauam, & inutilem: tunc enim, vt omnes docent, esset mortale ratione illius contemptus: nam contemnere consilia Ecclesie vt vana, vel inutilia, est mortale peccatum: Item nõ omnis consuetudo habet vim legis: quoniam multa sunt in vtu non vt præcepta, sed vt consilia.

Altera difficultas est, An ratione affinitatis coniugis, qui cognouit cognatam sui coniugis, impediatur exigere, vel reddere debitum? Respondeo, non potest debitum exigere, reddere tamen tenetur. *cap. Qui dormierit. 27. quæst. 2.*

Decimo queritur, An si coniux rem habeat cum cognata sua propria, impediatur petere debitum? Ad hæc questionem responsum est supra in *cap. de Pœnis Incestus.*

Tertia difficultas, Quomodo, & quâdo coniux impediatur exigere, vel reddere debitum ratione cognationis spiritualis? Respondeo, coniux, qui vel baptizauit filium suum, vel fuit pater eius: cum baptizaretur, vel confirmaretur, non potest exigere, tenetur tamen reddere debitum. *cap. Si vir, de cognatione spirituali. Et cap. De eo 30. quæst. 1.*

Primo, in hoc est annotandum, quod quando ob necessitatem, quoniam non est alius, qui baptizet, coniux baptizat filium suum, tunc non impeditur exigere debitum, quoniam necessitas excusat à culpa. *cap. De eo, 30. quæst. 1. Et cap. Si vir, de cognat. spirit.*

Secundo est notandum, quod quando coniux ex probabili ignorantia, vel facti, vel iuris, nimirum ignorans quod sit filius suus, vel quod sit sibi prohibitum baptizare filium suum, vel patrum eius, baptizauerit filium suum, vel patrum eius fuerit, tunc non impeditur à petendo debitum, quoniam ignorauit legem. *cap. Si vir, de cognat. spirit.*

Tertio est annotandum, quod si coniux malitiosus, aut scienter, vt uxorem debito coniugali fraudaret, fuerit pater filij sui, aut ipsum extra necessitatem baptizauerit, tunc certum est, quod tenetur reddere debitum, *et cap. Sim, de cognat. spirituali.* Sed difficultas est, an possit petere? De hoc sunt duæ opinioniones: Prima opinio est asserentium, quod possit exigere, quoniam nullo iure cauetur, & quod non fraus, & dolus nulli debet patrocinari. Si igitur malitiosè fecit, nimirum, vt uxorem debito coniugali fraudaret, & vt liberaretur ab onere debiti coniugalis, non debet illi hæc malitia patrocinari. Sic Bernard. Rhodonenfis, & Cardinalis, quos citat Siluest. in *verb. Matrimonium. 8. quæst. 7. num. 2.* & Sic Glossa in *d. cap. Si vir*, Altera opinio est, quod non possit exigere. Sic Andreas, Hostiensis, Gofredus, Paludanus, S. Thomas, quos citat etiam, & sequitur Siluester *vbi supra*, & Nauar. *cap. 16. num. 34.* Hinc sequitur, quod si ambo coniuges id fecerint malitiosè, vt se debito coniugali priuarent, tunc neuter potest exigere, reddere tamè vterque alteri tenetur. Hostiens. Siluest. *vbi supra*, potest tamen Episcopus dispensare in prædictis casibus, vt coniux possit licite petere debitum. Hostiens. Siluest. & alij communiter.

Decimo primo queritur: Quid si aliquis filium suum ex amica susceptu per abortum, & iam iam mortuū baptizauerit ob necessitatem, & absentiam Clerici: poterit ne amicam illam uxorem ducere sine dispensatione? Respondeo nõ posse. Ita Nauar. *cap. 16. num. 34.* Nam licet necessitas excuset, vt possit petere debitum, qui erat coniugatus: nõ tamen excusat ad hoc, vt possit denno contrahere matrimonium.

Decimo secundo queritur, Quomodo, & quâdo coniux ratione voti impediatur, à petendo, & reddendo debitum? In hoc sunt multe difficultates. Prima est, An sit peccatum,

post voti simplex castitatis contrahere matrimonium. Secunda difficultas, an non solum sit peccatum contrahere matrimonium post voti simplex castitatis, sed etiam illud consummare, sit peccatum nouum. Tertia, an coniux toties peccet, quoties petit debitum post votum simplex castitatis. Quarta, An peccet reddendo debitum coniux post votum simplex castitatis. Quinta, An si vterque coniux habeat votum simplex castitatis, impediatur vterque à petendo, & reddendo debitum. Sexta, An coniux, qui habet votum simplex castitatis, mortua uxore peccet de nouo, si de nouo contrahat aliud matrimonium. Septima, An qui habet votum non contrahendi matrimonium, peccet non solum contrahendo, sed etiam petendo debitum. Octaua difficultas est, An post votum simplex religionis sit peccatum nõ solum contrahere, sed etiam petere debitum coniugale, nõ solummodo matrimonium, & post consummatum matrimonium? Nona, An post votum simplex recipendi ordines sacros, sit peccatum non solum contrahere matrimonium, sed etiam petere debitum coniugale. Decimoprima, An coniux, qui dedit alteri coniugi facultatē vouendi Deo castitatē, licite possit petere, & reddere debitum. Sed de hisce omnibus, & lingulis difficultatibus dictū est supra in secundo præcepto, in *tract. de Voto.*

Decimotertio queritur, An sit peccatum, si vir cognoscat uxorem tempore menstruationis? Difficultas consistit in tribus. Primo, an sit peccatum, si tunc vir exigat debitum ab uxore menstrua. Secundo, an sit peccatum, si vir tunc reddat debitum vxori menstrua. Tertio, an sit peccatum mortale, an verò solum veniale accessus ad vxorē menstruatam. In his sunt tres opinioniones. Prima est asserentium, esse mortale peccatum accessum ad vxorem menstruatam, sine petendo debitum, siue reddendo. Sic Scotus 2. *sent. Dist. 32. q. 1.* Richard. *ibid. art. 4. q. 1.* Glossa in *cap. Ad eius, Dist. 5. Angel. in verb. Debitum num. 32.* Secunda opinio est, non esse peccatum, si vir reddat vxori petenti, si autem petat, non esse mortale, sed veniale. Sic Palud. Anton. S. Thomas, quos citat, & sequitur Nauar. *cap. 16. num. 32.* Sic Siluester in *verb. Debitum, q. 6.* Castren. *de lege Pœnali lib. 1. cap. 12.* Scotus 4. *Dist. 32. q. 1. art. 2.* Tertia opinio est, alienentium esse veniale peccatum in reddendo, siue in petendo. In hac re dico in primis, certum est apud omnes, quod quando menstrua sunt præter naturalia, nimirum, vel perpetua, vel durissima, ita vt durent vltra diem quodecimum, quoniam naturalia solum durant duos, aut tres, aut quinque dies, aut ad summum, septem, aut duodecim dies, tunc licitum est petere, & reddere, quoniam magis tenetur sibi quicquid consulere, quam alteri, ergo magis tenetur coniux sibi consulere, cum possit periculum incontinentiarum incurere, si perperam aut diu ablineat ab vtu coniugali, quam tenetur proli consulere.

Secundo, certum est apud omnes, licitū esse petere debitum, & reddere ad vitandum periculum incontinentiarum vel propriæ ipsius, vel in coniuge. Hoc patet ob dictam rationem. Tertio dico: non erit peccatum mortale reddere ad vitandum illud, & odium vxoris, debitum coniugale: patet quia tunc pacis bonum excusat, ne teneatur vir magis consulere bono prolis, sic S. Thomas, & alij supra citati. Quarto, extra prædictos casus, mihi probabilis apparet esse peccatum mortale, petere, & reddere sine iusta causa, sed pro libito: quæ est opinio Scoti, & Richardi, quos sequitur Palatius 4. *Dist. 21. disput. 1.* & Angelus *vbi supra*, quoniam *Leuit. 20.* imponitur pena mortis accedenti ad menstruatam, etiam vxorem, & *Ezechiel. 28.* inter alia crimina recensetur accessus ad menstruatam. Nec valet, si dicas, quod lex hæc fuerit ceremonialis, & quod non durat in lege Evangelica: quoniam contra est, quod docet Augustinus *Leuit. 18. 15. Et 20.* illam legem fuisse moralem. Item quoniam Hieronymus in *Esaiam cap. 64.* reprehendit accedentes ad vxores menstruatam, & quod inde nascantur filij morbis infecti, item, quoniam lex charitatis exigit, vt coniuges consulant bono, & saluti prolis absque suo proprio detrimento.

Decimo quarto queritur, An sit peccatum, si quis accedat ad vxorem pregnantem? Palud. *vbi supra*, videtur innuere esse mortale peccatum, siue reddendo, si-

ue pe-



ut petendo, quoniam est cum periculo abortus, At Scotus, Ricardus, Angelus *verbo Debitum, numer. 23.* & communiter omnes aiunt. Primo, esse mortale peccatum, quoniam fuerit cum periculo probabili abortus, secundo, ut plurimum solum est veniale peccatum, quoniam ut plurimum non est periculum abortus. Tertio, esse veniale peccatum, quando est abusus pro libito, sine vlla causa rationabili, quoniam si fit ex aliqua causa rationabili, nullam erit peccatum. Quarto, maioris est periculi, quando accessus ad pregnantem est circa principium conceptionis, quam circa tempus partus, aut quam in tempore magis à conceptione remoto, ut aiunt communiter omnes; quoniam circa principium conceptionis est maius periculum, ne semen ad fecundum institutum dispergatur, aut dissipetur, aut inficiatur.

Decimoquinto quaeritur, An accessus ad vxorem tempore puerperij, hoc est, dum post partum purgatur femina, sit peccatum? Respondeo, ex communi sententia, non esse mortale, nisi cum probabili periculo mortis, aut infirmitatis vxoris sine tamen ut plurimum veniale, si fiat absque vlla rationabili causa: nam videtur esse actus inordinatus.

Decimosexto quaeritur, Post adulterium admissum ab vno coniuge, quomodo sit licitus, vel illicitus vltus coniugalis? Difficultas consistit in sequentibus. Primo, an coniux adulterius habeat exigendi debitum à coniuge innocente, an vero eo ipso quod adulter est, perdat lus exigendi debitum. Sunt tres opiniones. Prima est asserentium, quod eo ipso lus amittit exigendi. Sic Angelus *verbo Adulterium, numer. 3.* & *verbo Debitum, numer. 7.* Siluester *eodem verbo, quest. 10. R. c. c. eadem numer. 12.* Armilla *eodem numer. 17.* citant Raynerium, Antostium, Pisanum, Ricardum: qui omnes videntur docere, quod coniux adulter eo ipso perdit lus exigendi: & consequenter quod coniux innocens non tenetur reddere debitum, & ex consequenti videntur asserere, quod adulter peccat in exigendo, si quidem exigit alienum lus, & hi Auctores promittunt loquuntur, non distinguendo, an sit adulter occultus, an notus ipsi innocenti. Opinio secunda est asserentium, quod adulter quando occultus est ipsi coniugi innocenti, licet potest exigere debitum, & habet lus exigendi illud. Ita Scotus *2. distinct. 38. quest. 7. art. 2.* Tabien. *verbo Matrimonium, 4. y. 2.* Pallanus *4. dist. 35. disputat. 1.*

Tertia est opinio asserentium, quod adulter sine sit occultus, siue publicus, siue sit notus coniugi innocenti, siue non, licet potest petere debitum, non tanquam iure sibi debitum, sed tanquam licentium, quoniam licet adulter ipso iure perdat lus exigendi, non tamen perdit lus rogandi, ne concedat, & reddat innocens debitum, si velit. & licet innocens ipso iure habeat lus denegandi debitum: habet tamen liberam potestatem, ut reddat illud, si velit. Sic Caietanus *Tom. 1. Tractat. 31. numer. 23. Respon. 4.* quem in omnibus sequitur Nauarrus *cap. 22. numer. 23.* Sed vera hæc opinio Caietani, & Nauarri non est ad propositum, quoniam non soluit dubium iuxta sensum, quo quaeritur. Cum enim apud Auctores dubitatur, an adulter habeat lus exigendi debitum, non est questio, an licet possit petere rogando, & an innocens coniux possit reddere si velit, hoc enim certum est apud omnes, siue adulter sit occultus, siue publicus, siue notus coniugi innocenti, siue non. Sed questio est, an habeat adulter lus exigendi debitum obligando ex iustitia, & iure Matrimonij innocentem coniugem ad reddendum, ita ut teneatur innocens reddere? & in hoc sensu Hugo, ut cum citat Glossa *32. Quest. 7. cap. Sicut crudelis.* sentit, quod adulter siue ignotus coniugi, siue notus, non perdit lus exigendi, nisi per sententiam Iudicis fuerit condemnatus de adulterio, vel per confessionem ipsius adulteri in Iudicio, vel per euentum facti, quod nulla tergiversatione celari possit. & hoc putat probabile Glossa, licet tandem ab ea sententia difcedat.

In hac igitur re. Dico primo, adulter cum primum est

notus coniugi, eo ipso in conscientia caret lute exigendi debitum, id est, non habet lus exigendi, obligando innocentem coniugem ad reddendum, & innocens eo ipso, quod scit adulterium coniugis, habet lus denegandi debitum propria auctoritate absque Iudicis sententia. Hæc est opinio communis, quam & ratio confirmat, quoniam adulter fregit fidem Matrimonij, & frangenti fidem, non est obligatio seruandi fidem.

Secundo, adulter occultus quando est ignotus coniugi innocenti, habet lus exigendi obligando in conscientia innocentem ad reddendum debitum, & innocens tenetur reddere. Est hæc opinio Son, Tabienis, Palacij *ubi supra*, & patet, quoniam nullo lute priuatur ea potestate.

Tertio, adulter licet occultus, & ignotus coniugi ex natura facti, perdit lus exigendi, & in hoc sensu est verissima opinio prima, quæ est communis. Dices: Incestuosus licet occultus, & ignotus coniugi, non habet lus exigendi debitum, ergo nec adulter? Respondeo, disparem esse rationem; quoniam incestuosus est priuatus per Leges Pontificias, non tamen adulter.

Altera difficultas est, in quibus casibus adultero tenetur coniux innocens reddere debitum, etiam si sciat adulterium eius: quod est quaerere. In quibus casibus adulter non perdit lus exigendi debitum? Respondeo, quod tenetur. Primo, si postea ipse quoque innocens adulterium committit, quoniam per compulsionem tunc ambo coniuges sunt pares. *cap. Intelleximus, de Adulter.* Secundo, tenetur reddere vir vxori adulteræ debitum, si ipse vir vxorem coactam tradidit adulterandam. *cap. Discretionem, de eo, qui cognouit consang. vxor. sua.*

Sed rogare quis posset, Quid si vxor sit adultera ex consensu viri expresso, vel tacto, nimirum dissimulante viro, cum possit obfistere absque suo magno incommodo, & non impedit. An tunc vir habeat lus denegandi debitum vxori adulteræ, & an tunc vxor perdat lus exigendi debitum? Respondeo, virum non habere lus denegandi debitum, & vxorem habere lus illud exigendi: quoniam tunc auctoritate, aut consensu, sine culpa mariti adulterium committit.

Rogabis secundo, Quid si vxor peccat ex hoc, quod maritus occasionem dat peccandi? Verbi gratia. Ex hoc, quod maritus non dat vxori necessariam ad victum, & multo vxor fit adultera, an tunc vir lus habeat denegandi illi debitum? Respondeo, tunc propria culpa sua peccat vxor, & ita vir lus habet denegandi illi debitum.

Tertio, coniux innocens tenetur reddere debitum coniugi adulteræ, quando eius vxor oppressa est ab aliquo. *cap. Ita ne, XXXI. Quest. 3.*

Quarto, quando vxor ob diuturnam absentiam mariti, credens eum mortuum, alteri se coniunxit, non perdit lus exigendi debitum, nec vir reuersus potest ei obicere adulterium. *XXXIII. Quest. 1. cap. cum per bellicam.*

Quinto, si alter sub specie mariti decepit vxorem, non potest maritus ei obicere adulterium. *XXXIII. Quest. 1. cap. In lectum.*

Sexto, si maritus post adulterium cognouit vxorem, & tolerauit eam, sciens eius adulterium. *XXXII. Quest. 1. c. In multis.*

Septimo, si quis degens sub infidelitate repudiat vxorem suam, deinde conuersus ad fidem, non potest coniugi obicere adulterium. *cap. Gaudemus, de Divort.*

Decimo septimo quaeritur, Quid si Adulterium coniugis non constat coniugi, sed solum conceptum habet fortem, & magnam præsumptionem: an tunc habeat lus denegandi debitum? Respondeo, non habet lus denegandi simpliciter, sed ad tempus, si quidem iuste respondere potest. Prius explorare volo, si verè adulterium commisit. Est autem præsumptio violenta, si vir reperiat vxorem nudam cum alio nudo in lecto iacentem, & aliæ similes præsumptiones.



Decimo octavo quaeritur, An sit licitum coniugi innocenti petere, aut reddere debitum adultero coniugi? Respondeo, in primis. Quoad adulterium non est publicum, sed solum ipsi coniugibus notum, tunc licitum est petere, & reddere, licet non teneatur, ut diximus, quoniam potest cedere iuri suo, & cessat ratio scandali in aliis. Secundo, si adulter est correctus, aut sufficienter paratus corrigi, tunc licitum est petere, & reddere. Tertio, quando coniux innocens periculum incurrit incontinentiae, tunc licitum est petere, & reddere, etiam quando adulterium esset notum multis aliis. Quarto, quando spes est probabilis de correctione, ut si vir speret uxorem corrigendam suis hortationibus, vel verberibus, licitum est. Quinto, si vir certo credit peiorem euasuram uxorem, si illi denegat debitum, quam si reddat, tunc licitum est petere, & reddere. Sexto, quando adulterium est notum, & publicum in populo, vel loco, vel vicinia, & scandalum in aliis esset, quo crederetur coniux patronus esse adulterij in coniuge, tunc peccatum esset in viro, si uxorem sic adulteram timeret reddendo, aut petendo debitum. Et in hoc casu loquuntur Canoness, etiam dicunt, non esse licitum reddere debitum coniugi adultero. *c. Sicut crudelis 32. quast. 7.* Haec omnia Siluester *verbo Debitum. q. 7.* ex S. Thoma, Ricardo, Paludano, & ex communi opinione, quoniam scandalum daretur aliis, qui merito censerent conjugem esse patronum adulterij in suo coniuge.

Decimonono quaeritur, An vir licite possit abesse, aut longam peregrinationem, vel longum iter suscipere? Respon-

deo, posse iusta de causa, nimirum ob bonum publicum Patriae, Regis, vel Principis, ob militiam, ob negotia sibi, & familiae suae necessaria. Nauarr. *cap. 16. num. 32.*

Vigesimo quaeritur, An coniugi leproso teneatur reddere debitum alteri coniugi? Scotus, Angelus, Glossa in *cap. 1. de Coniug. Leprosos*, videntur dicere eum teneri, etiam cum detrimento suo, vel proliis, quoniam ad id se obligauit, sed haec ratio nihil concludit, nisi de eo, qui coniugatus est per Matrimonium leproso, quem nouit leprosum, antequam cum eo contraheret. Sed quaestio est de leproso, qui factus est leprosus post Matrimonium contractum. Ideo dicendum est cum Durando, Paludano, Siluestro, Maiore, Soto, Caietano, & aliis *vbi supra*, quod non teneatur, si periculum incurrit probabile detrimento proprii. Si tamen commodè potest reddere absque suo detrimento, tunc reddere tenetur. Et hoc sensu loquuntur Canoness in *cap. 1. et 2. de Coniug. Leprosos*.

Dices, saltem est periculum damni in prole, ergo non teneatur reddere cum damno prolis. Respondeo, hoc solum probare, quod non possit petere. Nam illud damnum prolis non reddenti, sed petendi imputandum est.

Vigesimo primo quaeritur, An coniugi furto, vel amati vel furioso teneatur coniux, debitum reddere? Respondeo, teneri, nisi quando periculum incurreret detrimenti subsequendi a furioso coniuge. Sic Ricardus, Angel. & alij communiter. Nauarr. *c. 16. num. 27.*

## FINIS LIBRI TERTII.

